



1052.

1894 138

7

2. F. F. 2. S.

GOTHOFREDI ANTONII, IC.

DISPUTATIO FEVDALIS VII.

De

**OBLIGATIO-
NE FEVDALI,**

Quam

Cum Corollariis ex Iure Publico,
ad ductum Institut. Per- Illustris Dn. de RHEZ
IN ACADEMIA FRIDERICIANA,

PRÆSIDE

IO. SAMVELESTRYKIO

I.V.D. & Professore Publ. Ordinario,

D. XVI. Nov. A. O. R. MDCXCIIX

Placidæ disquisitioni publicæ submittit

MELCHIOR AVGVSTVS REDEL

Hal. Magd.

HALAE MAGDEBVRGICAE,

TYPIS CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, AC. TYP.



GEHÖRIGER
DISPUTATIO

OBRIA
NEFEVDA

IN ACADEMIA
TRIDUANA

IO. SAMUEL
IV. DE

MELCHOR
AV...

CHRISTOPH. ANTON...





COROLLARIA

Ex Institut. Iuris publici Ill. Dn. de Rhetz

Lib. I. Tit. 17. & 18.

I.

Ducalis dignitas, vtut præcipua post Electores reputetur, non tamen eapropter omnibus in Imperio Ducibus prior locus, præ aliis Principibus competit.

2. Vt Dux Ducatum habeat necessum non est, vnde & Princeps comitatum immediatum habens, in scamno Principum voto & sessione gaudere potest.

3. Comitum Palatinorum officium in iudicando præcipue consistebat, nec omnis iurisdictio voluntaria illis deneganda, qui hodie hunc titulum ab Imp. accipiunt.

4. Marggrauiorum, Landgrauiorum, Burggrauiorum, diuersa appellatio, diuersitatem iuris non inuoluit, nec pristina nominis occasio eminentiæ hodiernæ, qua pollent, officit.

5. Sunt in Imperio qui Principum nomine tantum gaudent, quod dignitati ipsorum nihil detrahit, modo cæteroquin superioritate territorii gaudeant.

6. Comitum & Baronum dignitas eadem reputatur, non ratione gradus & præcedentiæ, sed ratione iuris æqualis, quo in comitiis gaudent.

7. Liberarum Imperii ciuitatum origo dubia est, plerasq; pretio sibi libertatem parasse, credibile est.

8. Sed

8 Sed an hodie adhuc Imperatori competet potestas, ciuitatem quandam numero municipalium eximendi, & Imperialibus adscribendi? Affirmandum hoc puto, si territorii dominus consentiat; Antequam tamen ius voti & sessionis ipsi indulgeatur in comitiis, collegium ciuitatum Imperialium, prius audiendum erit.

9. Sunt ciuitates quædam Imperii, quæ priuilegio de non alienando, vel non oppignorando gaudent. Sed annon hoc commune est omnibus, postquam Imp. alienandi facultas generatim restricta? Ita est, sed in eo tamen quid amplius habent priores ciuitates, quod nec cum consensu Electorum alienari aut oppignorari possunt, quod secus esse viderur in aliis.

10. Ius collectandi ciuitates Imperiales olim Imp. competiit, hodie non æque, nisi in Comitiis generatim de collectis indicendis conuentum fuerit. Nec tamen eapropter senatui ciuitatum Imperialium ius collectandi adscribendum, sed ad statum & formam regiminis cuiusq; ciuitatis respiciendum, prout ad Democratiam magis, vel Aristocratiam inclinat.

11. Ius Aduocatiæ vel Protectionis, quod quibusdam Principibus, in certas ciuitates Imperiales competit, non mox inuoluit iurisdictionem, aut subiectionem, licet hæc res periculosa regulariter sit ciuitatibus.

12. Ciuitates Prouinciales, non omnes eiusdem sortis sunt, sed pro diuersitate iurium distinguuntur in Haupt-Städte/iure directorii gaudentes, & gemeine Städte. In Saxonia, eadem cum Nobilibus ratione, ciuitates aliæ sunt Ambtsäßig/aliæ Schrifftsäßig/quarum hæ solæ suffragii iure in comitiis prouincialibus gaudent, non illæ; quod pariter in Nobilibus Ambtsäßis procedit. Sed annon iuribus Principum magis conducat, hanc distinctionem quoad Nobiles tollere, cogitandum relinquimus.



DISPUTATIO FEVDALIS VII.
DE OBLIGATIONE FEVDALI.

THESIS PRIMA.

Obligatio feudalis *a* est iuris vinculum *b*, quo ad mutuam *c* fidelitatem *d*, & officia mutua dominus & vasallus, ipsorumque heredes *e*, sibi inuicem adstringuntur.

a) Quæ ex feudi constitutione promanat, ita vt feudo constituto statim quoque hæc nascatur obligatio, *arg. c. vnic. qual. iur. deb. vas. 2. F. 5. cum 2. t. t. seqq. c. vnic. in fin. in quib. caus. feud. amitt. 2. F. 3.* Datur item obligatio ex promissione feudi, sine ab hac nostra differens: si quidem illa eo tendit, vt feudum constituatur & contractus feudalis perficiatur; hæc, vt idem consummetur, *arg. eorum, quæ eleganter tradit. Vult. lib. 1. de feud. c. 10. n. 6. & seqq.*

b) *arg. pr. Inst. de oblig. l. 99. cum ibi notat. de V. O.*

c) Est enim vltro citroque obligatio, *c. vn. in fin. vbi gl. & DD. de form. fidel. 2. F. 6. c. vn. §. quoniam in fin. de prohib. feud. al. per Lothar. 2. F. 52. c. vn. de mil. vas. qui contum. 2. F. 22. cum. per tot. quæ fuit prim. caus. benef. amitt. 2. F. 24. iunct. c. vnic. §. domino, si de feud. def. cont. 2. F. 26. cum similib. Ferrar. Montan. lib. 1. de feud. c. 5. vers. in feudi igitur, Zas. p. 7. de feud. num. 56. Schn. p. 5. n. 15. Duaren. c. 13. n. 7. Sonsb. part. 10. num. 1. & seqq. [Dn. Eyben. in Elect. feud. c. 11. §. 9. & 10. vbi de differentia fidei vasalli & Domini agit.]*

d) Quæ præcipuus & summus feudi finis est, cum nullum omnino feudum sit, ex quo fidelitas non debeat, *Borch. c. 1. de feud. n. 20. Rol. a Valle conf. 50. num. 8. vol. 3.* adeo vt feudo concessio, semper sub ea conditione concessum intelligatur, si vasallus fidelis erit, *daß der Lehmann seinen Lehnherrn hold / getrew und gewertig sey. Andr. Knich. de vestitur. pact. p. 2. c. 5. num. 7. Marc. Anton. Peregrin. conf. 9. num. 18. vol. 1.* Et vicissim vasallo dominus parilem debet fidelitatem; vnde Germanicum illud, *Getreuer Herr / getreuer Knecht. Nicol. Intrigliol. quæst. feudal. 62. in prin. Mynf. decad. 11. resp. 7. n. 2. 3. & seqq. Wes. conf. 9. n. 3. Nicol. Euerhard. in top. legal. : in loc. a correlat. n. 11.* siquidem tam arcto nexu inter se inuicem coniuncti sunt, vt dominus vasallum videatur habere in coniugem, *text. in c. vn. in pr. de not. feud. 2. F. 58. Steph. Forcatul. c. 8. de feud. n. 14.* vt non immerito, intuitu huius obligationis, ad paria iudicari dicantur,

Z

Rosenth.

Rosenth. c. 8. de feud. concl. 1. n. 2. & 3. Matth. Coler. de proc. execut. p. 1. c. 9. num. 81. Menoch. de arbitr. iudic. quest. lib. 2. cent. 2. cas. 182. num. 9. Dissent. Bodin. lib. 1. de Republ. c. 7. n. 68. Non tamen vt vasallus domino, sic vicissim dominus vasallo fidelitatem iurare tenetur, FF. communiter in d. c. vnic. de form. fidel. 2. F. 6. Iul. Clar. lib. 4. recept. sent. §. feudum, q. 70. Schn. d. p. 5. n. 135. Myns. d. resp. 7. num. 8. arg. eorum, quæ notantur in d. c. vnic. verb. reuerentia, de mil. vas. qui contum. 2. F. 22. iunct. l. iusiurandum, 34. de iureiur. l. licet famosa, 7. §. 3. de obseq. par. & patr. prest. [Finkelth. Diss. 7. contr. 23.] Diss. gl. in c. Imperialem inf. de prohib. feud. l. per Frider. 2. F. 55. Alias prædictæ regulæ limitationes vide apud Intrigliol. d. q. 62. per tot. Matth. de Afflict. decis. 265. num. 7. & seqq.

e) d. c. vn. inf. in quib. caus. feud. am. 2. F. 23. c. vnic. qui succ. feud. dar. ten. 1. F. 3. c. vnic. qui succ. ten. 1. F. 9. & arg. l. postulante, 44. in princ. ad SC. Trebell. l. 1. & t. t. C. de her. act. Hartman, Pistor. p. 2. q. 26. in pr. Schrad. in tr. feud. p. 7. c. 5. num. 5. Peregrin. cons. 28. n. 7. vol. 1. Vbi tamen de feudo viuentis aliquis est inuestitus, in successore inuestientis distinguitur, vt is tantum obligetur, qui iure successionis, non vero qui per electionem, aut simili modo, ad feudum pervenit, d. c. vnic. vbi DD. qui succ. ten. Borch. c. 7. num. 19. [Conf. Supra. Diss. IV. th. 5. lit. b. p. 109. & seqq. ibique notata.] Vnde prælati seu successores feudorum Ecclesiasticorum, item Imperii, vt maxime alias ea, que a prædecessore suo gesta sunt, quæque ad dignitatem & officium eius spectant, obseruare debeant, Bald. in l. 1. de const. pr. Iacobin. de S. Georgio. verb. sed an. Princeps. num. 1. Petr. Heig. p. 1. quest. 19. n. 10. inuestituram tamen abusuam ab eodem factam haud aliter ratam habere tenentur, nisi illo adhuc superstite feudum apertum fuerit, c. vn. de cler. qui inuest. sec. 2. F. 35. Andr. de Ifern. in d. c. vnic. qui succ. feud. dar. ten. n. 2. Aluarot. ibid. num. 1. & 3. cum præsentium ille tantum rerum, non etiam post mortem suam gerendarum administrationem habens, c. f. 12. q. 1. c. 2. extr. de donat. successores suos, qui nullam ab eo causam habent, vt factum suum præsentent, obligare non potuerit. Diss. Præpos. in d. c. vn. qui succ. feud. dar. ten. num. 3. Si vero consensu capituli vel procerum imperii inuestitura facta sit, vtique successores obligantur, Curt. Iun. p. 2. de feud. quest. 9. Eleganter Nic. Euerhard. iunior consil. 1. vol. 1. n. 18. 19. 20. & seqq. vbi in specie de Imperatore agit [add. Itterus de feud. Imp. c. 10. §. 3.] Abb. Ioannes de Anania & communiter interpp. in c. f. extr. ne prælat. vic. sit. Capitulum enim & Ecclesia, cuius beneficio prælatus ad honores ascendit ac causam habet, gl. in Clem. f. de procur. vt & imperium, nunquam moriuntur, e. liberti,

c. liberti, 12. q. 2. c. si gratiose, de rescript. in 6. Hancque sententiam confundendo secutum esse Collegium iuridicum Lipsiense & Francofurtense testatur Hart. Pist. *d. p. 2. q. 27. num. 24.* Vult. *d. c. 10. num. 16. vers. quod si vero.* Rosenth. *c. 6. concl. 16. sub. gl. f.* [add. Carpz. *p. 2. const. 45. def. 7.* Tabor *de obligatione successoris in officio c. 6. n. 11.*] Dissen. Imola *in d. clem. f. de procur. & Andr. Fachin. 7. controu. iuris 29.* Nec refert vtrum consensus capituli statim ab initio, an vero ex post facto interuenerit, cum non solennitatis, sed firmioris obligationis ergo adhibeatur, *arg. d. c. vnic. qui succ. ten. iunctis iis, quæ tradunt Abbas & DD. in c. cum nos, de his que fiunt a prel. sine cons. capit.* [Struv. *c. 7. th. 9. n. 8.*] Denique prædicti successores tenentur, si is qui inuestituram accepit nomine eius feudi in possessionem missus sit, consentiente eo qui detinet, *d. c. vnic. qui succ. feud. dar. ten. & ibi Alvar. num. 1. & 8. Afflict. num. 5. Cuiac. & Baro Borch. d. c. 7. in princ. n. 20. & seq.* Quomodo autem eiusmodi missio in possessionem fieri possit, vide late Hart. Pist. *d. q. 27. a num. 40. usque ad f.* Dubio itidem non caret, si quis sub eiusmodi conditione inuestitus sit; si feudum nobis apertum fuerit, wenn es sich uns verledigen wird / & demum post mortem inuestientis feudum aperiatur, an heredes eius ex hoc contractu obligentur? Aff. FF. communiter *in d. c. vnic. §. moribus, si de feud. def. contr. 2. F. 26.* Zas. *de feud. p. 6. num. 19.* Borch. *d. c. 7. membr. 1. n. 22.* Hieron. Schurff. *cons. 52. num. 10. cent. 1. & cons. 59. num. 1. Cent. 2.* Hart. Pist. *d. q. 26. num. 12. sub. f.* cum dictio *mibi vel nobis* hoc operari non soleat, vt propterea obligatio minus ad heredes transeat, *arg. l. stipulatio illa habere licere, 38. §. sicut autem in f. de V. O. l. 8. §. de vendendo, de pignorat. act. l. 9. in f. de probat.* Dissen. gloss. *in d. c. vnic. verb. inuestiri,* quam communiter improbari in eod. c. testantur Alvar. *n. 4.* Martin. *Laud. n. 8.* Paulus Picus *n. 25. & seqq.* Aliud iure Saxonico constitutum est *per tex. in c. 59. Lehnrecht/ibi, am Beding ist keine Folge c. 5. & c. 11. eod.* quod tamen vsu receptum non est. Imo diserte ab eo tanquam duriore recessit Illustriss. Princeps Elector Augustus *const. Nov. 45. p. 2. vbi Dan. Moller. num. 2. & seqq.* [add. Carpz. *d. const. 45. def. 5.*]

II.

Officium vasalli potissimum in eo consistit, vt domino reuerentiam *a*, obsequium *b*, & seruitia *c*, præstare teneatur, & quidem seruitia in formula inuestituræ expressa *d*, aut si nulla expressa sint *e*, ea quæ cæteri eiusdem conditionis & regionis vasalli præstare solent *f*.

a) d. c. vnic. verb. salua reuerentia, de mil. vas. qui contum. 2. F. 22. d. cap.

d. cap. unic. ibi, quam humiliter, quam deuote, in quib. caus. feud. amitt. 2 F. 23. Thilman. de Benign. in apospasm. syndr. resp. test. feud. 2. num. 307. E quantum fieri potest dominum & honorem eius vasallus extollere, nec unquam malum, quantumuis verum, de eo loqui debet, nec quicquam facere, quo domini existimatio, dignitas vel status minuatur aut lædatur, c. tibi domino, dist. 63. Matth. de Afflict. c. 1. n. 35. qual. vas. iur. deb. Schrad. p. 6. c. 6. num. 101. & p. 10. sect. 5. n. 127. Schn. p. 5. n. 115. & seqq. [Contra autem commoda domini promouere debet, ratione vitæ & corporis vt eum prestat Incolumem, & securus ratione bonorum vt acquisitionem reddat tantam facilem & possibilem & alias angeat utilitatem & honorem Domini. Rohl. de seruit. feud. l. 4. n. 1. seqq. Struv. c. 14. th. 3. n. 6.] Non itaque potest, aduersus eum famosam actionem instituere, sed illius loco in factum actio ipsi dabitur, Petr. de Bellapertica c. 9. de feud. num. 16. Duar. c. 14. num. 13. Sonsb. p. 11. n. 49. Couar. 1. var. resol. c. 11. n. 8. [Excepto crimine læsæ Mai. Struv. c. 11. th. 3. n. 1.] Interdicto tamen vnde vi aduersus eum experiri potest, Iacobin. de S. Georg. in verb. & dicti vasalli, n. 6. & seqq. Borch. c. 9. n. 18. [Si sc. vis fuerit armata. Struv. c. 11. th. 3. n. 1.] Cur enim vasallus dominum habeat vt dominum, cum dominus eum non habeat vt vasallum, nec pares ei vices reddat, c. esto subiectus, dist. 95. Quam sententiam vt veriore confulendo probauit Academia Francofurtensis conf. 21. tom. 3. var. consil. atque ita vsu seruari, & secundum eam in Camera Imperiali pronounciari testantur Myns. cent. 4. obs. 91. Vult. libr. 2. de feud. c. 11. num. 27. vers. quod de causa criminali, Rosenth. c. 10. conclus. 23. sub gl. c. in fin. Diss. Innoc. Felin. Panormitan. in c. caterum, extr. de iudic. Menoch. remed. 1. recuper. poss. num. 90. Conrat. Rittershus. lib. 2. part. feud. c. 1. quest. 7. per l. 1. §. 43. de vi & de vi arm. l. 5. C. de dol. [vid de hac controuersia infra Disp. 13. th. 4. lit. d.] Vtrum vero vasallus dominum citra reuerentiæ læsionem sine venia in ius vocare potest? Affir. gl. communiter probata in d. c. unic. de mil. vas. qui contum. verb. salua reuerentia. Aluarott. ibid. in versic. si vero, n. 8. Laud. num. 9. Angel. in §. pœnales. Inst. de action. Caro. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 1. gl. 4. num. 46. versic. sed ista opinio. Clar. d. §. feudum quest. 25. qui hanc opinionem comunem affirmat, & comunioem asserit Laur. Kirchov. cent. 4. conclus. 97. Fichard. in addit. ad comun. opin. Villalob. lit. V. verb. vasallus sine venia. Myns. cent. 4. obs. 92. Gail. de pignorat. obs. 15. n. 4. qui moribus Germaniæ eam comprobari, & Cameræ præiudiciis firmatam testantur, Schn. ad d. §. pœnales quoque, num. 45. & ibi Got hofred. in addit. Vult. d. c. 10. num. 22. vbi indistincte eam procedere tradit, siue iudicium intentetur

tentetur de ipsa re feudali, siue de re qualibet alia, contra Alciat. *in l. 1. n. 3. C. de in ius voc.* Mynf. *ad d. §. pœnales, n. 4. Inst. de act.* Eandem in provinciis Saxonice seruari notat Arnold. a Reyger *in addit ad Mynf. obs. 92.* Dissent. Alexan. & Ias. *in l. generaliter, 13. de in ius voc.* Speculat. *in §. quoniam, de feud. num. 33. Zas. p. 7. de feud. num. 49. Oldendorp. clas. 1. act. 4. quest. 4. num. 5. Wes. in paratit. de in ius voc. num. 6.* Sane si vasallus sit etiam subditus domini, veniæ impetratione omnino opus habet, *arg. l. bene a Zenone §. sed aduersus, verb. nostra iussione. Cod. de quadr. præscript. cum plus sit subditum esse, quam vasallum; Schn. ad §. præiudiciales, num. 23. & sequ. Instit. de action. Heig. libr. 1. quest. 18. num. 5. Nicol. Euerhard. Iun. cons. 41. num. 94. vol. 1. Dissen. Iacobin. de S. Georg. verb. dictique vasalli prom. non com. Rosent. d. c. 10. concl. 23. n. 23.* [vid. *infra d. 15. th. 2. lit. b.* Hodiè quæstio hæc inutilis est, cum priuata in ius vocatio cesset, citatio autem hodierna nullam in iuriam contineat Dn. Parens. *in Usu Mod. Pand. tit. de in ius voc. §. 2. & 3.* Dummodo meminerit vasallus reuerentiæ debita, & verba in factum temperet. Struv. *d. c. 11. th. 3. n. 2.*]

b) Tam consilii quam auxilii, *c. vn. de form. fidel. 2. F. 6. vn. de nov. form. fidel. 2. F. 7. Petr. de Bellapert. c. 2. de feud. nam. 18. Curt. Iun. p. 4. num. 5.* Atque hinc vasallum contra dominum patrocinari generaliter vetant *gl. in c. fin. in verb. contra Ecclesiam, & ibi Panor. num. 3. de postul. Ferrar. Montan. libr. 4. de feud. c. 1. caus. 15. Sonsbec. p. 12. num. 48. Intrigliol. quest. 98. num. 138. Andr. Gail. lib. 1. obs. 88. num. 5.* Quod in dubium vocat Curt. *iun. d. p. 4. num. 72. Rosenth. d. c. 10. concl. 22. num. 11. & seqq.* propter *l. qui cum maior. 41. §. si patroni de bon. libert & notat. gl. in l. post legatum, §. §. sunt & qui putant, 11. verb. affuit de his que ut indign. aus.* Imo absurdum videri propter modicum feudum vasallum aduersus dominum patrocinio prohiberi, statuit Andr. de Ifern. *in d. c. vn. num. 1. in fin. de form. fidel. eumque secutus Affl. ibid. num. 3.* [Referunt eo etiam testimonium, quod hoc contra Dominum dicere non possit. Struv. *d. l. n. 3.*]

c) Quæ de natura quidem feudi sunt, non vero de eius substantia. (Sunt qui nullum inter vtramque discrimen agnoscunt, Borch. *de pact. c. vlt. num. 5. 6. Cont. 1. disp. 16. Duar. ad l. 7. §. quin imo, §. verb. idem responsum scio*: quod tamen tam ciuili quam feudariæ nomothesi non incognitum videtur, cum vtroque hoc iure substantia rei immutabilis sit, natura vero illius pactionum mutationi obnoxia, *arg. l. 2. verb. vel natura contractus. Cod. de assert. toll. d. l. 7. §. quinimo de pact. l. 5. §. sed si facio, 4. de præscr. verb.*

verb. cum similib. rubr. & c. vnic. de natur. feud. 1. F. 7. c. vnic. de feud. non hab. propr. feud. natur. 2. F. 48. c. vnic. de natur. succ. feud. 2. F. 50. Corraf. 3. misc. 6. 10. num. 14. [Alii inter substantialia & essentialia distinguunt, sed incongrue satis.]) d. c. vnic. ibi restat vt in sex predictis auxilium de form. fidel. c. vnic. in prin. & §. fin. hic. f. lex. 2. F. 28. Mozz. de natur. feud. num. 60. & de subst. feud. num. 21. vers. sed contra. Dissen. Camerar. ad c. imperialem, de prohib. feud. al. per Frider. pag. (mibi) 3. Hieron. Gratus. conf. 9. n. 126. & seqq. lib. 1. Pacto itaque fieri potest, vt nullum ex feudo seruitium præstetur, text. in capit. extraordinar. cas. quib. fœm. in feud. succed. 2. F. 104. & arg. c. vnic. per quos fiat inuest. 2. F. 3. gloss. inc. f. de capit. qui cur. vend. 2. F. 51. Io. Andreæ. in addit. ad Speculat. in rubr. de præscript. inf. Iacobut. de Franchis in prælud. feud. num. 194. Alexand. Raud. de analog. vniuoc. & æquiuoc. lib. 1. c. 34. num. 233. [Kohl. de seruit. feud. p. 1. n. 5. seqq. & p. 4. num. 93.] Vnde error arguitur eorum, qui seruitia formam feudi esse statuunt, quos notat. Vult. lib. 1. de feud. c. 6. n. 13. Andr. Knichen. de vest. pact. p. 2. c. 5. n. 23. [Dissentit Dn. Eyben in Elect. feud. cap. 11. §. 11. qui quidem concedit quod seruitia particularia, qualia in litteris inuestituræ determinari solent, ad naturalia feudorum pertineant, sed generalia seruitia, seu potius officia, quatenus fidei obligatione continentur, ad formam feudi spectare, & pacto remitti non posse, asserit. Kohl. de seruit. feud. p. 4. n. 91. & 93. Quæ sententia omnino probanda videtur.]

d) Sunt n. seruitiorum alia determinata, alia indeterminata c. vn. in f. in quib. caus. feud. amitt. 2. F. 23. Determinata dicuntur illa, quæ certis vestiturarum pactionibus definita sunt, nimirum vt vasalli vno, duobus, tribus, vel pluribus equis præsto sint, dz *Lehen mit einem / zwey / oder drey Pferden zu bedienen* / cuiusmodi debentur ex feudis conditionatis *Seßlehen* / Knich. d. c. 5. n. 26. & seqq. Rosent. c. 2. concl. 65. n. 3. Quæ seruitia etiam ludicra & insolita esse possunt, puta vt vasallus certo die cantilenam cantet, portet ramum vitidem, vxorem domini festiuis diebus ad templum deducat, per c. vnic. in f. quid sit inuest. 2. F. 2. Cheppin. dell. Andr. lib. 1. c. 31. num. 8. Menoch. consil. 845. n. 82. lib. 9. [Non tamen possunt esse illicita. Conf. Kohl. de seruit. feud. p. 4. n. 139. & seq. Struuius d. c. 11. n. 18. add. Speidelius voce *Lehndienst*] Et præter illa ita definite in inuestitura expressa vasallus ad alia seruitia non obligatur, Schrad. d. p. 6. c. 6. num. 4. Rol. a Valle consil. 23. n. 38. Dissen. Ardiz. in summa c. 33. Guerr. Piso. in prælud. feud. c. 36. num. 4. Quod tum etiam obtinet, si feudum antiquum sit, atque vasallus longissimo tempore certa tantum seruitia præstiterit, Andr. de Isern & Afflict. in d. c.

in d. c. imperialem, Specialis enim consuetudo certi feudi, veluti potior generali consuetudini loci, in quo bona feudalia sita sunt, derogat, arg. l. in toto, 8. de R. I. Schrader. d. loc. num. 5. Vide tamen hoc declarantem Rosenth. d. c. 8. quest. 21. num. 3. Eiusmodi tamen feudo ad dominum reuerso, & alteri deinde concessio ista conditio repetita non censetur, arg. l. 27. de seruit. rust. præd. l. 30. de seruitut. præd. urban. l. 1. quemadm. seruit. amitt. [Conf. infra. th. 7. lit. 4. hoc disp.] nisi feudum illud ad certum seruitium aulicum aut simile expresse a Domino sit destinatum, arg. l. final. C. si sine caus. vel. reliqu. Ifern. in d. c. vnic. in quib. caus. feud. amitt. num. 12. Rosenth. c. 8. concl. 4. num. 12.

e) Tum enim seruitia nihilominus ex natura feudi debentur, Præpos. & Laud. num. 13. in d. c. vnic. in quib. caus. feud. amitt. Cacheran. decis. 27. num. 11. Heig. d. quest. 18. num. 15. cum quilibet actus seu contractus secundum propriam suam naturam gestus & celebratus esse intelligatur, & tacite veniant ea, quæ naturaliter insunt, licet non exprimantur, arg. l. 3. de reb. cred. Diff. Ifern. in d. c. vn. num. 8. & 9. Afflict. ibid. num. 45. & decis. Neapol. 323. Paris. conf. 23. num. 31. & 32.

f) Blanc. lib. 1. c. 3. n. 37. Schn. d. p. 5. n. 93. Rosent. d. c. 8. concl. 4. n. 3. qui circumstantias personarum, feudorum ac regionum hoc casu attendendas monet. Sic in regno Siciliae consuetum esse, vt vasallus, cui nulla determinata sunt seruitia, equo armato, pro quibuslibet vnciiis viginti redditus valoris feudi, quolibet anno seruiat, ex Cannet. Petr. de Gregor. refert Knich. d. c. 5. num. 28. In Saxoniciis Prouinciis, cum dubium est, quot equis vasallus seruire teneatur, idque ex literis inuestiturarum doceri nequit, ad schedulas lustratorias & metatorias, Muster oder Forirzettel, recurri solet, vt quot equis delectu facto quis comparuerit, totidem seruire obligatus esse præsumatur. Vnde protestatione quidam sibi cauere solent, si in eiusmodi lustrationibus maiori cum numero equorum compareant, quod hoc faciant non deuincti, sed in honorem domini & singulare obsequium. Idem d. l. n. 29. & de sublim. & reg. terr. iur. c. 3. num. 354. & seq. Generatim vero, quando ita indeterminata seruitia debentur, non nisi moderata, possibilia & honesta exigi possunt, Matth. Coler. de proc. execut. p. 1. c. 9. n. 66. Gail 1. obs. 17. & 2. obs. 62. inf. lib. 1. de pac. publ. c. 2. num. 22. Mynf. cent. 5. obs. 8. n. 4. [Videndum adhuc de ea quæstione, num aucto vel deminuto feudo etiam augenda vel minuenda seruitia? Optima sententia est distinguendum, inter seruitia determinata & indeterminata; illa non augentur vel minuuntur, bene tamen hæc. Struy. c. 11. th. 5. n. 7. seqq. Modo augmentum vel decrementum

tum non modicum sit, sed alicuius Momenti, Kohl. *de seruit feud.* p. 5. num. 191. Interdum necessitas summa officit, vt & determinata seruitia feudo licet non aucto augeantur arg. 2. F. 26. §. Licet. Kohl. p. 4. n. 98.]

III.

Seruire tenetur regulariter vasallus omnis *a*, etiam superiorem non recognoscens *b*, fœmina *c*, prælatus Ecclesiæ *d*, item si feudum modicum *e*, vel plures eiusdem feudi confortes vel heredes sint *f*.

a) Et quidem statim ac vasallus esse incipit, etiam intra tempus illud, quod ad petendam inuestituræ renouationem conceditur, arg. d. c. 1. §. sed non est alia, que fuer. prim. caus. benef. amitt. 2. F. 24. Hanneron. lib. 3. c. 1. Chassan. in consuet. Burg. tit. de feud. §. 1. verb. dedans l. an & iour. versio. aduerte. num. 9. & 10. nisi pacto conuentum, aut statuto vel consuetudine receptum sit, vt magnam, habita feudi ratione, domino pro inuestitura pecuniæ summam exsoluat, Schrad. d. c. 6. num. 29. Rosenth. d. c. 8. concl. 7. sub. gl. o. ne scilicet grauato grauamen addatur, arg. l. si cum dorem, 23. §. si pater solut. matr. l. Titia, 34. §. qui inuita, 5. de legat. 2. Atque adeo hæc seruitiorum obligatio personæ vasalli inhæret, vt etiam tum, quando executio & immisio in feudum facta est, ipsemet ea præstare debeat, non creditor, vtpote cui præter id quod sibi debetur, ex immisione nihil accedit, quemque ob hanc particularem solutionem plura fere incommoda quam comoda sequuntur, cum plerumque fructus feudorum vix ad vsuras soluendas sufficiant, Speculat. de prim. & 2. decret. §. restat videre, 3. versio. quid si reus, 8. Chilian. König in process. iudic. c. 103. num. 21. Schrad. d. c. 6. num. 70. vbi hoc etiam ad pignus conuentionale extendit, arg. l. 26. de pignorat. act. Gail. 1. obs. 117. n. 6. Hart. Pist. p. 1. q. 15. n. 5. Dan. Moller. lib. 3. semestr. c. 33. Heig. d. quest. 18. n. 13. Diss. Angel. in l. eorum, 19. de damn. infect. Afflict. decis. Neapol. 26. num. 5. qui æquum existimant, vt ad creditorem fructuum commodum percipientem onus quoque seruitiorum pertineat. Aliter Alex. in l. si finita, 15. §. si de vectigalibus, num. 14. eod. distinguens inter seruitia quæ ex feudo debentur, vt si certa & determinata illa sint, vasallus, si vero indefinita & indefinita, creditor ad eorum præstationem teneatur.

b) Aluar. in c. si quis decesserit, num. 2. in f. si de feud. def. cont. 2. F. 26. Fr. Hotoman. q. illustr. 34. per tot. Bodin. de Republ. libr. 1. c. 7. num. 67. ibi, siue rex siue pontifex. Andr. Knich. de priuileg. Duc. Sax. de non app. verb. Ducum, c. 6. num. 16. Si vero eiusmodi seruitium sit, quod ipsius maiestati minus

minus conueniat, in aliud conuenientius mutabitur, Laud. in c. si minori, si de feud. def. cont. Baro. à Tautenb. in c. un. §. præterea notab. 2. quid. sit invest. 2. F. 2.

c) Speculat. tit. de feud. §. quoniam, n. 41. Blanc. lib. 1. c. 7. num. 27. Felin. in c. in præsentia de probat. Feudum enim, in quo foemina admittitur, in reliquis, & sic etiam quoad seruitia, alteratum non censetur, Surd. cons. 63. n. 29. & 129. num. 6. Knich. de vestitur. pact. p. 1. c. 1. num. 21. Lanar. cons. 57. num. 15. & cons. 60. n. 138.

d) argum. c. unic. §. fin. & ibi Baro à Tautenberg. num. 12. de capit. Corrad. 2. F. 40. Iacobin. de S. Georg. d. verb. & promiserunt, n. 16. Sonsbec. p. 7. num. 3. Wesembec. c. 6. n. 2. Schn. p. 3. n. 105. circa med.

e) Curt. iun. p. 3. membr. 1. n. 14. Guerr. Pifo in prælud. feud. c. 35. n. 2. Rosenth. c. 6. concl. 32. sub. gl. b. in fin. & d. 8. concl. 7. n. 16. qui docent, seruitium hoc casu determinationem ex feudi qualitate recipere. Vnde non infrequens esse videm⁹, vt nobiles, qui eiusmodi exigua feuda habent, nec ex fructibus illorum tantum consequi possunt, vt quilibet vnum fortè equum ad expeditionem alere queat, tunc duo, tres, pluresue vnum equum alere, & tempore necessitatis vna cum milite domino mittere soleant, prout conuentio eorum id flagitat, Aluar. in c. 1. num. 7. ibi, quero an vasallus tenetur seruire domino. Diff. Menoch. de arbitr. iudic. quest. cent. 3. cas. 214. n. 6. Mozz. de diuis. feud. num. 32. Capyc. decis. 32. n. 3. Intrigliol. quest. 52. num. 44. per l. 4. de in integr. rest. c. licet causam, de probat. c. cum te, extr. de rejud. vbi modicum & nihil æquiparatur.

f) d. c. vn. §. omnes filii, vbi Ifern. & Rauennas, si de feud. def. cont. Omnino autem hic distinguenda sunt seruitia diuidua ab indiuiduis. Si enim diuiduum seruitium debeat, puta vt domino bellum gerenti aliquot millia subministrentur singuli pro sua rata soluere & domino seruire debent, d. §. omnes filii, & ibi Aluarot. num. 7. Laud. num. 5. Schenck. Baro. n. 6. Paris de Puteo de redintegrat. feud. c. 37. n. 6. Hart. Pist. lib. 2. p. 3. q. 47. num. 18. Borch. c. 1. n. 30. Si verò seruitium sit indiuiduum, singuli quidem in solidum obligantur, arg. l. 2. §. 1. l. stipulationes non diuiduntur, 72. de V. O. Gœdd ad l. rectè dicimus, 25. ax. 2. num. 20. in fin. de V. S. & committ. stipul. c. 6. concl. 22. per tot. præsertim. num. 348. Gomez. tom 2. var. resolut. c. 10. Lanar. cons. 59. n. 31. sed vnus solutione cæteri liberantur, §. pen. Inst. de duob. re. stipul. & promitt. l. bona fides, vbi Phil. Decius Phil. Matth. p. m. num. 2. & alii de R. I. qui tamen id, quod pro cæteris soluit, pro rara ab iis repetere potest, FF. communiter in d. §. omnes filii Hottom. in c. unic. §. præterea ducatus, de probib. feud. al. per Frideric. per d. l. 2. §. ex his igitur,

versic. & ideò de V. O. l. heredes, 25. §. contra si promissor, 10. fam. ercisc. Sed & dominus ab vno ex pluribus, licet beneficium diuisionis obiiciat, solidum exigere potest, Ronchegal. in explic. l. reos, 11. §. cum tabb. nu. 93. de duob. re constitu Rosenth. d. c. 8. conclus. 7. num. 3. si quidem Auth. hoc ita C. eod. locum non habet in rebus sui natura indiuiduis, & quæ non nisi in solidum præstari possunt, per tradita Bart. in d. auth. n. 7. & seqq. Diss. gl. in d. l. reos, §. cum tabb. verb. videbamus. Castr. in l. in executione, 85. in pr. de V. O. per l. 11. §. pen. de legat. 3. [Add. Struv. d. c. 11. th. 6. n. 5. & ibi citat.] Quando verò seruitium per vnum nomine omnium (vulgò eum **Träger** appellant) expediendum est, quis eum eligere debeat, dominus an vasalli, quæstionis est? Et vasallis hoc casu electionem tribuunt, Schenck. Baro d. §. omnes filii, num. 5. Iacobin. de S. Georg. verb. qui quidem inuestiti, nu. 23. Schn. p. 5. num. 14. modò caueant ne discordes in eligendo à domino præueniantur, Rosenth. d. c. 8. concl. 7. n. 9. Diss. Laud. in d. §. omnes filii, nu. 6. Ifern. nu. 2. prout eum refert Aluar. ibid. nu. 7. per l. 18. de testam. tut. & l. 3. §. si duo, de duob. re. constitu. Verùm quid obtineat, si eiusmodi feudum, ex quo debetur seruitium indiuiduum, heredes inter se diuidant, itidem dubitari potest? Et verior videtur sententia eorum, qui obligationem & conditionem heredum per hoc minimè durior fieri existimant, Iaf. in d. l. 2. §. ex his. nu. 1. & 4. & ibid. Zas. nu. 15. de V. O. Speculat. in d. §. quoniam. nu. 21. Blanc. lib. 1. c. 7. n. 24 per l. 59. de R. I. l. 2. §. incertam, de prator. stipul. l. cui fundus, 56. in fin. de cond. & demonst. cum similib.

IV.

Seruiet vasallus quotiescunque requisitus fuerit a domino immediatè proximo *b*, ipsiusque heredibus *c*, nisi mediatus simul dominus sit patriæ, & pro ipsius vtilitate bellum gerat *d*. Vasallus autem vniuersitatis, ciuitatis, Ecclesiæ, non singulis personis, sed syndico, senatui, prælato Ecclesiæ succurrere tenetur. *e*

a) *c. licet, ubi F. F. si de feud. def. cont. sit, c. vn. §. ad hoc, hic fin. lex, 2. F. 28. c. unic. in fin. an ille qui interf. frat. dom. 2. F. 37. Laud. in pr. c. unic. de his qui feud. dar. poss. Fac. l. 15. §. 2. l. 22. in pr. l. 24. in fin. de oper. libert. Euerhard. iun. conf. 3. n. 36. & seq. vol. 2. Quomodo verò ista requisitio de consuetudine in terris præsertim Saxonis fieri soleat, vide Schneid. p. 5. num. 99. Fallit tamen hoc, quando statis diebus certoque
anni*

anni tempore vasallus seruitia debet, siquidem tum dies interpellat pro homine, *l. magnam, 12. C. de contrab. & committ. stipul.* Curt. iun. p. 4. de feud. n. 61. Duar. c. 14. n. 12. Laur. Syluan. de feud. recognit. q. 110. nu. 17. Pegrin. cons. 21. n. 27. vol. 1. item quando domino insidias strui, aut magnum periculum imminere intelligit. Nam tum etiam irrequisitus ei succurrere & seruitia offerre debet, *d. c. licet si de feud. def. cont. c. vnic. §. 2. que fu. prim. caus. benef. amitt. 2. F. 24. c. vn. ibi etsi sciuerō, de nov. form. fidel. 2. F. 7.* Iacobin. de S. Georg. verb. & cum pact. n. 6. Zas. p. 10. num. 63. *vers. proflabit.* [Struv. d. c. 11. th. 9.] Requisitus autem & vocatus vasallus quam primum venire debet, *Vult. d. c. 10. nu. 33. vers. quod si nunc queratur, Rosenth. d. c. 8. concl. 26. num. 8.* Obiter hic notetur, cum in Diui Electoris & Ducum Saxoniae ditionibus, differentia vasallorum & nobilium comprobata sit, ut alii immediate, alii mediate Principi subiiciantur; quorum illi *Canzleien* oder *Schriffisassen* (quod princeps tantum vel eius nomine consiliarii ex cancellaria ipsis imperent,) hi vero *Ambtsassen* (quia toparchis, praefectis seu quaestoribus subiiciuntur, & coram iis conueniuntur) appellantur, *Dan. Moll. ad const. Nov. Aug. p. 1. const. 5. n. 14.* quod amptassii non tantum ad domini, sed etiam ad praefecti siue quaestoris, qui ipsis praest, requisitionem comparere & seruire teneantur, *Knich. de vest. pact. p. 2. d. c. 5. num. 7.* Idem *de priuileg. Duc. Sax. de non app. verb. Ducum, c. 6. n. 23.* Atque in hoc difficiliore conditionis videntur, ut & in eo, quod immobilium possessio eos a satisfactione in curialibus iudiciis, stylo eorum id flagitante, non releuet, *Dan. Moller. d. loc. Knich. d. c. 5. num. 14.*

b) Quia immediatus vere dominus censetur, *c. vn. inf. de allod. 2. F. 54. c. vn. §. illud. quoque precipimus de probib. feud. al. per Frider. 2. F. 55.* Non itaque compellere potest dominus superior vasallum vasalli sui, ut sibi seruitia praestet, *Iacob. de Beluifo, Ifern. & Land. n. 11. in c. vnic. §. f. si de invest. feud. contr. sit. 1. F. 4.* Curt. iun. p. 4. num. 89. iuxta vulgatum illud: quod vasallus vasalli mei, meus vasallus non sit, *gl. in l. Claudius Felix, 16. verb. sed sine prauidicio, per l. nam socii, 20. pro soc. l. Modestinus, 105. vbi Goedd. inf. de V. S. Hart. Pift. p. 3. q. 45. n. 8. Wesenb. cons. 30. n. 14. Euerhard. iun. cons. 11. num. 22. vol. 1. & cons. 10. n. 16. vol. 2.* Quod etiam tum procedit, si res superioris eiusmodi vasallo subinfeudata sit, *Duar. c. 12. num. 13. de feud. Rol. a Valle consil. 1. n. 79. & seqq. vol. 2. Wes. cons. 73. n. 32. Diss. Bald. in §. f. n. 9. Aluar. n. 5. Schenck Baro. num. 10. si de feud. def. cont.* Qui dominum superiorem hoc casu per subtractionem feudi subvasallum ad serui

seruiendum adigere posse, autumant. Sed illud tum demum procedit, si dominus immediatus à superiore admonitus officio suo defuerit, Rosenth. *d. c. 8. concl. 10. in fin.*

c) Et quidem si heredes vnum eligant, cui reliquorum nomine seruitia præstanda sint, illi soli seruire debet, Io. Andreae *in addit. ad Speculat. tit. de feud. §. 1. q. 29.* Hart. Piff. *quest. 47. num. 27.* Si verò nullum ipsi eligant, tum rursus distinguenda sunt seruitia diuidua ab indiuiduis. Illa enim singulis pro rata exsoluere debet, Isern *in d. §. omnes, si de feud. def. cont.* Iacobut. *de Franch. in pral. feud. n. 217.* Borch. *c. 1. n. 31.* hæc verò præstabit illi, quem ipsemet ex pluribus elegerit, *l. 3. §. si cum omnes, ff. de Senatusc. Silan. Clar. d. §. feudum, q. 49. nu. 11. in fi.* Schn. *d. p. 5. n. 17.* In electione verò consilium sequetur eorum, qui seniore[m] aut digniore[m] cæteris præferendum suadent, Bald. *in l. 1. de rer. div. q. 23.* Nic Boër. *in consuet. Bitur. de cons. feu. §. 10. arg. l. maiorem, 8. de pact. & l. si. de fid. instr. Diss. Zaf p. 7. n. 12.* Sonsb. *p. 11. n. 19. & alii,* qui interim dum heredes nullum eligunt, nulli quoque seruiendum esse, statuunt, *per l. quoties, 34. in pr. de usufr. l. hæc opera, 23. in fin. de oper. libert. [Struv. d. c. 11. th. 7. n. 4.]* Sanè si vasallus ab vno ex heredibus præuentus ad seruiendum requiratur, omninò ei seruire debet, Ardiz. *in summ. c. 62. circa med.* Iacobut. *de Franchis in prelud. feud. d. n. 217.* Schrad. *d. c. 6. nu. 20. versic. sin autem seruitium.* Quam præuentionem etiam per solam denunciationem fieri posse, verius est, *argum. l. 1. §. pen. C. de com. seys. manum.* Afflict. *in c. vn. in pr. n. 25. quib. mod. feud. amitt. 1. F. 5.* Rosenth. *d. c. 8. concl. 12. nu. 6.* Diss. Raynaud. *in d. §. vetera ducatus, de probib. feud. al. per Frider. Iacobin. de S. Georg. verb. & promiserunt, nu. 11. circa med..* Paulò aliter se res habet de iure Saxonico, vtpote quo superior requiri debet, vt is definiat, cui ex heredibus fidelitas & seruitia præstanda sint, *Lehnrecht / c. 29. Schn. d. p. 5. n. 18.* Hart. Piff. *d. quest. 47. n. 28*

d) Adeò vt etiam tum ei succurrere debeat, si aduersus dominum immediatum eiusmodi bellum moueat, *Speculat. d. §. quoniam, n. 29. vers. 15. quaritur.* Molin. *in consuet. Paris. tit. 1. §. 1. gloss. 6. in verb. Mouuant de luy, num. 12.* subiiciens, vasallum eo casu ad regium exercitum veluti ad augustius tribunal vocari, cum omnes subditi & vasalli magis sint clientes & homines regis, quàm cuiusuis alterius etiam proprii domini, Bodin. *de Republ. lib. 1. c. 7. num. 66.*

e) Aluarott. *in d. §. præterea ducatus, num. 6. de probib. feud. al. en. per Frid. Chassan. in consuet. Burg. tit. de feud. rubr. 3. §. septimò, in pr. num.*

num. 5. Zas. d. p. 7. num. 53. per l. sed si hac lege, 10. §. qui manumittitur de in ius voc. cum similib.

V.

Cæterum præstat vasallus seruitia aut ipsemet in propria persona *a*, aut per substitutum *b*, aduersus quemlibet si ligius sit *c*, alias superiore *d* & antiquiore *e* tantum domino excepto, non itidem patre, filio *f*, aut fratre *g*.

a) Tum videlicet quando hoc expressè conuenit, vt vasallus in propria persona seruiat, Aluar. in c. si quis decesserit, num. 2. versic. intelligas tamen prædicta, si de feud. def. cont. Ardiz. in sum. c. 96. Schrad. d. c. 6. nu. 50. versic. tertio vasallus, item quando euidentis utilitas suadet, vt per ipsum vasallum, non per alium seruitia expediantur, puta si vasallus præstet consilio, rei militaris scientiâ, &c. Ifern. in §. firmiter, de prohib. feud. alien. per Frider. nu. 31. versic. contingit. quidem pluries. Præpos. ibid. nu. 2. Schn. d. p. 5. nu. 112. arg. l. inter artifices, 31. de solut. l. vn. §. ne autem. 9. C. de caduc. toll. Officia quoque certa, ob quæ feuda data sunt, in propria persona, excepto casu necessitatis, expediri debent, Bald. in c. si quis decesserit, num. 2. si de feud. def. cont. Rosenth. d. c. 8. conclus. 23. [conf. Kohl. de seruit. feud. p. 1. n. 159. seqq.]

b) Modò domino sit acceptabilis, d. §. firmiter, de prohib. feud. alien. per Frider. c. unic. in capit. extraordin. ibi, vel alium ducem, Imperat. feud. amitt. 4. F. 100. Curt. iun. p. 3. membr. 2. n. 20. Schurff. conf. 68. num. 9. cent. 1. Dissen. Pyleus, prout eum refert Blanc. libr. 2. c. 1. num. 44. versic. Dn. vero Pyleus. Zas. in l. si finita, 15. §. sed in vectigalis, 27. de dam. infect. [In Imp. nostro sufficit, modo Vasalli & Status Imp. substitutum mittant. Conf. Itterus de feud. Imp. c. 20. §. 8. & 9. Vbi contra Myletum ab Ehre. bach. disputat.] Et sanè regulariter non nisi per substitutum seruiunt 14. annis minor, d. c. si quis decesserit, si de feud. def. cont. [Dissentiunt multi ob text. 2. F. 26. §. si quis Ad quem textum recte respondet Struv. d. c. 11. tb. 6. n. 2. add. Bitsch. ad d. tent. p. 431. Et Autoris sententiam Praxis confirmat, tam generalis Schneid. P. 5. n. 160. quam specialis in Saxonia Carpz. P. 3. C. 28. d. 18. n. 3.] fœmina Wesen. c. 6. de feud. nu. 22. Steph. Forcat. c. 7. num. 5. persona Ecclesiastica, vtpote cui militaria seruitia interdicta sunt, c. unic. de vas. mil. qui arm. bellic. depos. 2. F. 21. c. vn. §. fin. de capit. Corrad. 2. F. 40. Duar. de feud. c. 6. in fin. Borch. c. 5. num. 49. item si vasallus ad parem vel

maiores dignitates sit euectus, *d. c. vn. Imp. feud. am. l. ult. in fin. pr. C. de prox. sacr. scrip. l. ad similitudinem, 21. C. de episcop. & cler.* [Kohl. *d. l. n. 150.*] & denique vniuersitas, arg. eorum quæ tradunt Syluan. *de feud. recognit. quest. 49. nu. 6.* Molin. *ad consuet. Paris. §. 4. gloss. 2. n. 38. & §. 49. nu. 2.* Vtrum verò substitutus missus idoneus sit, boni viri arbitrio definiendum relinquitur, Aluar. *in d. §. firmiter, nu. 3.* Præpos. *n. 2. versic. an sit in electione.* Schrad. *d. c. 6. nu. 45. & seq.* [Kohl. *d. P. 1. n. 148.* Obrecht. *de feud. l. 3. c. 5. n. 23.*] Imò etiam si minus idoneus sit, modò dominus eum admitterit, legi satisfactum erit, arg. *l. 52. de indic. & eorum, que notat.* Bart. & Ias. *in l. 3. de offic. prat. Curt. iun. p. 4. num. 52.* Rosenth. *d. c. 8. concl. 23.*

c) *d. c. vn. §. contra omnes hic f. lex, c. vn. in capit. extraordin. de feud. lig. 2. F. 99. gloss. in Clem. pastoralis, verb. homoque ligius, Clar. d. §. feudum, q. 21.* Steph. Forcat. *c. 9. num. 15.* Knich. *d. c. 6. n. 81.* Non tamen aduersus seipsum, gloss. *in d. c. vn. §. contra omnes, & ibid. Laud. num. 2. Balzaran. num. 9. & alii.* cum ordinata charitas a se ipsa incipiat, arg. *l. præses, 6. C. de seruit. & aqu. c. si non licet, 23. quest. 5.* & persona iurantis aut promittentis regulariter excepta intelligatur, Menoch. *de præsumpt. libr. 3. præf. 44. num. 7.* Borch. *c. 7. p. 1. num. 41.* Alciat. *de præsumt. reg. 1. præf. 52.* [Vnde inferunt vasallum non teneri vitam suam postponere vitæ domini, sed aduersus Dominum, iniuste inuadentem, se defendere posse. Ludw. *c. 14. p. 296*]

d) Cuiusmodi est Imperator; rex superiorem non recognoscens, *d. c. vn. ubi gloss. in verb. contra omnem hominem, de nov. form. fidel. Zas. p. 7. num. 22.* Couarr. *in c. peccatum, p. 2. §. 9. num. 8. & seq.* Gail. *2. obs. 56.* Hart. Pift. *quest. 47. num. 32. & sequ.* subiiciens, quod vasallus domino aduersus Imperatorem suppetias ferens eo ipso criminis læsæ maiestatis reus feudum amittat. [Quod si tamen Imp. dominum immeritum iniuste oppugnet, tum & contra Imp. seruire vasallum posse, statuit Kohl. *p. 3. n. 35.*] Imperatori nonnulli adiungunt Romanum Pontificem, Laud. *in d. c. vnic. in princ. num. 8.* Præpos. *num. 2.* Rauén, & Schenck. *num. 4.* Quam recte, ipsi met viderint.

e) *Text. in d. c. contra omnes, & ibi gloss. f. hic f. lex. gl. in d. c. vn. verb. contra omnem hominem de nov. form. fidel. Syluan. quest. 109. num. 13.* Hart. Pift. *d. q. 47. num. 34. & seqq. Fac. l. in operis, 26. locat. l. qui prior, de R. I.* Imo antiquiorem dominum contra posteriorem iuuare potest & debet, *d. c. imperialem, §. illud quoque.* & ibi Beluifo Raynaud. *num. 1. & 7. de probib. feud. alien. per Frider. d. §. contra omnes, hic f. lex.* Iacobut. *de Fran-*

Franchis in *prælud. feud. num. 217. & seqq.* Lanar. *consil. 20.* Neque hoc casu domino posteriori per substitutum vel pecuniæ contributionem seruire tenetur, cum parum referat, ipsemet quis offendat, an per alium, *arg. l. 1. §. deiecitse, 12. de vi & vi arm. l. 11. §. 3. de iniur. l. 5. C. de accusat. Schrad. d. c. 6. num. 21. Rosenth. d. c. 8. concl. 15. [Ludwel. p. 295. Struv. c. 11. th. 8. n. 3.] Dissent. Speculat. in d. §. quoniam, num. 26. Syluan. d. quest. 109. num. 19. Guerr. Pifo in *prælud. feud. num. 11. versic. tutius tamen.* Qui minimè dominum priorem hac ratione offendi existimant, cum fiat non nocendi animo, sed ut vasallus sibi suisque consulat, ne feudo, quod obtinet à secundo, multetur. [Eiusdem sententiæ est Schneid. p. 5. n. 96. Kohl. d. p. 3. n. 42. *seqq.* Quæ opinio veritati etiam propior videtur.] Sanè si dominus antiquior & iunior, vnus vel plures contra diuersos eodem tempore arma mouent, tum vasallus omnes iuuare debet, antiquiorem quidem in persona propria, reliquos verò per substitutum vel contributionem, *Iacob. de verb. & promiserunt, nu. 11. Chassan. ad consuet. Burg. tit. de feud. 3. §. tertio, in verb. & homage, num. 21. Tiraq. de iur. primog. in præfat. n. 196. & seq.* Idem est, si ignoretur quisnam sit dominus antiquior. Quo tamen casu in electione vasalli est, cuiam seruire velit in propria persona, & quibus per substitutum vel contributionem, nisi vnus ex illis prius eum requisierit, *Camerar. p. 752. Schn. d. p. 5. num. 96. in fin. Dissent. Bald. in l. 1. quest. 23. de R. D. & in l. 1. §. ne autem. C. de cad. toll. Andon. Capyt. decis. Neap. 162. num. 19. [Struv. c. 11. th. 7. n. 3.]* Vter vero dominorum antiquior videri debeat illi, qui præter feudum, quod tenuit, antiquius postea per successionem acquirit, & vtrum antiquitas illa ex persona vasalli, an verò ex feudi forma & qualitate originaria sit æstimanda, eleganter quæri potest? Et dominum feudi huiusmodi per successionem acquisiti præferendum esse statuit *Ifern. in c. vn. §. satis bene. Aluar. versic. sed ego putarem. Afflict. num. 1. de probib. feud. alien. per Lothar. Curt. iun. p. 4. nu. 131. Latisime Hart. Pift. d. quest. 47. nu. 44. & seqq.* qui hanc sententiam solidis iuris rationibus subnixam, & frequentiori interpp. calculo approbatam dicit, *arg. l. 2. §. ex his, de V. O. d. c. nnic. de feud. lig. Dissent. Iacob. de Beluifo in d. §. satis bene, in fin. per illum text. Laud. ibid. in fin. Raynaud. num. 14. Iacobin de verb. & promiserunt, nu. 34.* Si autem successio illa feudi antiquioris adhuc speretur, tum dominum iuniorem etiam aduersus hunc iuuare potest, *Aluar. in c. vnic. §. satis ex ratione, de probib. feud. al. per Lothar. Schrad. d. p. 6. c. 5. num. 5. & n. 7.**

f) Aduersus hos enim vasallus vi iuramenti, quod præstitit, domino

no

no seruire tenetur, *express. text. in d. §. contra omnes hic fin. lex Schn. d. p. §. nu. 94. in fin. Borch. c. 4. n. 24. Steph. Forcat. c. 9. n. 14. Schrad. d. c. 5. nu. 1. & seqq. Eberhard. Bronchorst. cent. 2. mist. iur. contr. ass. 93. dummodò id fiat salua pietate & honestate, puta si prædictæ personæ patriam vel religionem oppugnent, Eguinar. Baro in d. §. contra omnes, hic fin, Wes. c. 9. de feud. nu. 11. [Struv. d. c. 11. th. 8. Ludwell. d. c. 13. p. 293. vbi dissentientes citat & eorum argumentat refellit.] cùm & iure ciuili potior patriæ quam parentum habenda sit ratio, d. l. 35. de religios. & sumpt. & antiquiorrem habeant ciues Romani disciplinam castrorum, quam charitatem liberorum, l. 19. §. filius quoque de capt. & postl. reuers. Quo pertinet & illud, quod Vult. d. c. 10. num. 23. docet: d. §. contra omnes 2. F. 28. non crude, prout sonat, sed ciuilitè accipiendum esse, vt videlicet tum procedat, si dominus prædictas personas non offensurus, sed ab iisdem iniuste offensus se defensurus sit. Diss. Bald. in c. vnic. de nov. form. fidel. & in l. vnic. §. ne autem. C. de caduc. toll. Felin. in c. affert, notab. 2. extr. de presunt. & in c. ego, num. 7. de iureiur. Zas. p. 7. de feud. nu. 30. Sonsbec. p. 11. nu. 35. & seqq. qui d. §. impietatis & turpitudinis arguunt. Cuiac. ibid. verba & patrem delenda censet; quæ correctio tamen merito Hottom. displicet. [Excusandum tamen esse filium, si per substitutum seruitia præstiterit, existimat non inepte Kohl. d. P. 3. n. 11.]*

g) Zas. d. p. 7. num. 36. Rosenth. d. c. 8. concl. 14. & FF. communiter. Neque tam arcta est coniunctio inter fratres, vt inter patrem & filium: quod vel querela inofficiosi testamenti satis docet, quæ multo facilius filio vel parentibus datur, quam fratribus, Rittershus. 2. F. 1. quest. 28. Diss. Forner. & post eum Bocer. disp. 16. class. 4. th. 24.

VI.

In primis vero seruiet domino in bello *a*, tam ad offensionem *b* quam defensionem *c* suscepto, in rixa *d*, vel qualibet alia iusta causa *e* & regulariter sumptibus propriis *f*, nisi feudum sit exiguum *g*, aut dominus extra territorium bellum gerat *h*.

a) Feudorum enim seruitia regulariter sunt militaria siue equestria, Ritterdienste / vnde etiam passim vasalli milites vocantur, Hottom. in c. vnic. de frat. de nov. benef. inuest. 2. F. 12. Hart. Pist. quest. 33. num. 25. Resolut. scabin. Lipsens. q. 115. num. 7. Peregrin. conf. 21. num. 28. vol. 1. Conrad. Rittershus. lib. 2. part. feud. c. 1. quest. 17. in pr. [De his seruitiis militaribus videat-

videatur prolixè Perill. Baro a *Mardesfeldt* *Diss. Francof. habita: de Immunitate a seruitiis feudalibus c. 1. §. 8.* vbi §. 9. de seruitiis paganis, §. 10. de seruitiis ludicris agit.] Parum itaque præter parilem nominis notationem commune habent cum illis, quæ mancipia & glebæ adscriptos, *Dienst und eigene Leute*/item rusticos hodie præstare oportet, quæ vulgo *fröhnen*/sive *Fröhndienste* appellatur. De quibus vide *Husan. tr. de homin. propr. c. 6. & passim.* *Math. Coler. de process. execut. p. 1. c. 9.* *Dan. Moller. lib. 2. semest. c. 31. 32. & 33.* Vtrum vero nobilis emens bona paganica, *Bauergüter*/eiusmodi seruitiis aut aliis contributionibus obnoxia, ab iis liber & immunis est? Minime; sed cum commoda communitatis cum rusticis sentiat, onus quoque rei annexum ferre debet, neque in perniciem domini aliorum eo subleuari, *arg. l. 10. de R. I.* siquidem & Ecclesia, maxime alias priuilegiata, tenetur exsoluere tributum pro re tributaria sibi comparata, *c. si tributum, 11. quest. 1. c. tributum, 23. q. 8.* *Bart. in l. munerum, 18. §. patrimonium, 21. de muner. & honor.* *Resol. Scab. Lipsiens. quest. 127.* *Zobel. p. 2. diff. 46. num. 1. & 2.* *Knich. de vest. pact. p. 2. c. 3. n. 96.* vbi idem diserte sancitum esse tradit *Const. Prouinc. Vinar. tit. 36.*

b) non tamen nisi iusto, *d. c. vn.* vbi *Aluar. & FF.* communiter, *hic fin. lex. Caccialup obs. feud. 37.* *Mozz. ex quib. caus. feud. amitt. num. 15.* *Curt. Iun. p. 4. n. 6.* [*Hugo Grot. de Iure Bell. & Pac. l. 1. c. 3. §. 23. n. 2. & lib. 2. c. 26. §. 3.* & ibi commentatores. *Struv. c. 11. th. 7. n. 7.* vbi addit, nisi in magno periculo constituatur *Dnus.*] Cuiusmodi præsumitur esse illud, quod ab Imperatore vel Principe superiorem non recognoscente indicitur, quod legibus autoritas bellum inferendi ipsis data sit, *arg. c. quid culpatur, 23. quest. 1. c. iustum, 23. q. 2. l. vnic. C. vt arm. vs.* *Mascard. de probat. concl. 168. num. 5. vol. 1.* *Couarr. in d. c. peccatum, §. 9. num. 1.* *Steph. Forcat. de feud. c. 8. num. 9. in pr.* *Vult. de feud. c. 5. num. 7. versic. armandia, inf.* Et iustitiam belli ex persona, ex re, ex causa, & animi intentione, æstimandam esse, docet *Blanc. lib. 2. c. 1. num. 25.* *Mozz. de feud. tit. fin. num. 89. versic. contrarium.* Quid vero si dubitetur vtrum bellum illud iustum sit? Adhuc vasallus dominum iuuare debet, *Zaf. p. 7. num. 27.* *Capyt. decis. 162. n. 20. & 21.* *Wurmbs. tit. de feud. obs. 30.* *Hart. Hartm. tit. de feud. obs. 32.* [*Grot. d. c. 26. §. 4.*] Verum si succurrat domino in bello notorie iniusto parti læsæ ad damnorum restitutionem tenetur, *Innoc. in c. f. X. quod met. caus.* *Schrad. d. c. 6. num. 26. inf.* Si enim seruus, cui summa parendi necessitas iure imposita est, *l. sitacitum, 15. ad L. Falcid. l. in fraudem, 10. de his quæ vt indign. auf.* domino in facinoribus obtemperans, eiusue iussu delinquens, non excusatur,

l. simulier, 21. §. 1. *de act. rer. amot. l. seruus*, 20. *de O. & A. l. is qui in puteum*, 11. §. *an ignoscitur seruo*, 7. *quod vi aut clam*. multo minus excusationem merebitur vasallus, in eiusmodi bello damnum inferens, in quo nulla iuramenti vel obligationis vi, domino succurrere tenebatur. Dissent. Afflict. *decis. 265. num. 49.*

c) Etiam iniusto, *d. c. vnic. hic f. lex. in pr.* Idque propterea, quod summus defensionis fauor sit, *arg. l. 1. de bon. cor. qui mort. sibi consciv. d. l. 20. ibi, aut aliqua vis iuris retinendi causa facta esset, de O. & A.* præsertim si ex post facto, quam culpa domini interuenit, atque sic vindictæ potius quam defensionis studio, ipse oppugnetur. Magis etiam hoc casu vasallus periculum domini quam culpam, cuius occasione in illud incidit, spectare debet, *Sonsb. p. 11. num. 26. Intrigliol. quest. 76. num. 22. & seqq. Borch. c. 7. memb. 1. num. 45.* Quam ob causam rusticos quoque & subditos, qui castra dominorum a diffidatoribus custodire tenentur, ne tum quidem ab illo onere immunes esse existimo, si dominus diffidationi illi causam & occasionem dederit, cum ad cognitionem & disquisitionem eorum non pertineat, unde diffidatio orta fuerit, *Dan. Moll. ad const. Nov. Elect. Aug. p. 2. const. 51. n. 7.* Dissent. *Ifern. inc. vnic. in pr. in quib. caus. feud. amitt. eumque secutus Beluifo. per c. si res, 23. quest. 6.*

d) *c. licet si de feud. def. cont. & d. c. vnic. de nov. form. fidel. Curt. In. d. p. 4. n. 5. Schrad. d. c. 6. n. 6. Steph. Forcat. d. c. 9. num. 12.* Guerra enim, cuius *inc. vnic. hic f. lex.* mentio sit, vtrumque significat & bellum publicum, & rixam priuatam, *Hotom. in lexic. verb. feudal. Rittersh. 2. F. 1. q. 36. Diss. Afflict. in d. c. vnic. in pr. quib. mod. feud. amitt. Aluar. & Præpos. inc. vnic. §. similiter, n. 1. de capit. Corradi, quos conciliat Ros. d. c. 8. concl. 19. sub gl. a.*

e) Cuiusmodi est, si dominus ad iter Romanum accipiendæ coronæ ergo susceptum, zum Römer Zug / aut alias ad Imperatoris vel regis expeditionem, vocetur, *d. §. firmiter, de prohib. feud. al. per Frider. c. vnic. & ibi Aluar. n. 3. Laud. n. 10. Balzaran. n. 12. de allod. d. c. vnic. §. similiter. de capit. Corrad. Speculat. in d. §. quoniam, num. 67. & ibi Io. Andr. in addit. lit. b.* [De origine huius expeditionis Romanæ vid. *Vlric. Obrecht Diss. de expeditione Romana. Struv. c. 11. th. 5. n. 3. seq. Itterus c. 20. §. 5. Freher. Diss. vom Römer Zug. Add. Lehman. in Chron. Spir. l. 2. fol. 177. §. zum achten. Schwäbisches Lehnrecht art 8. Post. Carol. V. non amplius petierunt Coronam Impp. Carpz. de L. Regia c. 2. f. 9. Collectæ tamen istæ remanserunt.] Sanè optionem habet vasallus, vt tum aut ipsemet seruiat, vel hostenditi-
as sol-*

as soluat. Suntque hostenditiæ nihil aliud, quam adiutorium, quod dominis exhibent vasalli, Romano cum rege in hostem pergentibus, *d. c. vnic. de capit. Corrad.* siue contributio pro alimoniâ exercitus, *Heer oder Rößnigstewer* / Petr. Gregor. Tholos. *de Republ. lib. 3. c. 3. n. 7.* Borch. *c. 2. de feud. num. 24.* Forcatul. *c. 2. num. 16.* [Conf. Carol. du Fresne *in glossar. med. & inf. lat. Tom. 2. voce: Hostis*] Hostem enim, à quo hostenditiæ, vsurpatione Francica, quandoque pro exercitu sumi, colligitur ex Aimonio *libr. 5. de gest. Franc. c. 28. & c. 22. eod. lib.* Mere Germanicam esse hanc vocem & hostenditias, quasi *Ostendienst* / dici existimat Marquard. Freher. *ad constitut. feudal. Caroli III. siue Crassi, verb. pro stipendio.* Verum cum obscurum admodum sit, nec facile diuinari queat, quid per Germanicam voculam *Osten* / commodè hic intelligi possit, minùs hæc etymologia conueniens videtur, Knich. *de sublim. & reg. territ. iur. c. 3. num. 384.* Aliter Rittershus. *2. F. 1. q. 32.* qui vocabulum hoc deducit ab antiquo verbo *hostire*, quod æquare significat siue compensare: quasi vasallus hac contributione veluti mercede quadam laborem suum siue seruitia redimat & compenset. De iure Saxònico præstare hostenditias dicitur *die Fahrt. lösen. Lehnrecht / c. 4. ibi. Der Mann ist mit seinem Herrn zu ziehen schuldig / oder muß die Fahrt lösen / mit dem zehenden Pfunde des den er jährlich von ihm hat.* Reinh. *diff. 24. p. 3.* Zob. *p. 3. diff. 24.* Schn. *p. 5. n. 114.* Matth. Coler. *decis. 91.* [add. Struv. *d. rh. 5. n. 4.* Strauch. *Diss. de Hostenditiis.*] Non parum cum hostenditiis affinitatis habent bannum & heribannum. Sunt enim multæ, quas dependunt non parentes edicto, quo vasalli equis armisque instructi certo die ad comitatum adesse iubentur (*quod edictum ipsum etiam non raro bannum, siue heribannum appellant.*) Unde non nulli Franco gallica hæc vocabula esse existimantes ea a banno, quod multam significat, & ab *Heer* / (exercitu) deriuant. Quo referunt illud, de quo in *legib. Franc. libr. 4. c. 71.* sancitur: quod vasallus in hostem bannitus (euocatus) si contumaciter emanferit, plenum heribannum, id est, 60. solidos persoluere debeat, aut si soluendo non sit, semetipsum pro vadio, (*hoc est, pignore*) in seruitium domini tradere, donec bannum persoluerit. Simon. Schard. *Io. Calu. in lexic. iur. in verb. feudal. ex Gregor. Turon. libr. 5. c. 16.* [Conf. Carol. du Fresne *d. Tr. voce. Heribannum.*] Herilitium itidem pœna est desertæ siue detrectatæ militiæ: siquidem Francis flagitium desertionis exercitus *herischlig* / (*quasi dicas exercitus scissionem*) dictum fuisse, ex Beato Rhenano docet Knich. *d. loc. num. 379.* [Vnde Carolo du Fresne *d. Tr. voce: Herilitium* hoc idem est, ac depositio armorum.] Eiusdem denique farinae sunt adohamenta, quæ feudatarii

tarii in regno Siciliae exfoluere solent, Camerar. in d. c. imperialem. p. 265. Petr. Gregor. de concess. feud. p. 5. q. 6. n. 5. Fab. de Anna. cons. 3. n. 1. cum seqq. & n. 6.

f) De quo tamen vir bonus ex quantitate & qualitate Feudi, impensarum ac seruitiorum aliisque circumstantiis varie statuet: attento in primis. (vt & alias) eo, quod actum est, & in vnoquoque loco vsu receptum. Vide Andr. Knich. de iure territ. c. 3. num. 362. & seqq. Mozz. de feud. tit. final. n. 108. cum seq. Rosenth. d. c. 8. quest. 22. & 24. Rittershus. 2. F. 1. quest. 33. & 34. & confer. c. 1. in fin. in quib. caus. feud. amitt. 2. F. 23. cap. 1. §. similiter, de capitul. Corradi, 2. F. 40. c. vnic. in fin. de allodiis, 2. F. 54. c. imperialem, §. firmiter, de prohib. feud. alien. per Frider. 2. F. 55. cap. vnic. vt vasall. sumptib. dom. 2. F. 107. l. 18. l. 19. l. 20. l. 21. l. 30. l. 33. in princ. l. penul. §. 1. ff. de operis libert. l. 33. §. fin. ff. de admin. tut. Idque etiam tum procedit, si vasallus Imperatori seruiat. Dissent. Raynaud. in c. vnic. §. firmiter. per l. 1. l. iubemus, 16. C. de erogat. milit. annon. De iure Saxonico vasallus suo impendio saltem per interstitium sex septimanarum, postea vero sumptibus domini seruit, Lehnrecht / art. 4. Reinhard. diff. 16. p. 3. Zob. p. 3. diff. 24. A quo tamen hodierna consuetudine recessum est, qua vasalli indistinctè seruiunt, auff des Lehn-Herren Futter und Wahl / oder ziemliche und gewöhnliche Besoldung / Matth. Coler. decis. 82. n. 3. Knich. d. c. 3. num. 363. Carpz. P. 3. c. 28. d. 18. n. 11. & ibi citati. Et in specie vt impendia pro amptfashiis, vt vocant, exfoluere debeant praefecti siue quaestores, sancitum est constit. prouinc. Elect. Aug. Ausschreiben Anno 1555. tit. von Auslösung der Ambtsassen. Item hoc iure dominus vasallo tenetur ad equi vel armorum in seruitio amissorum restitutionem, adeo, vt antequam dominus restituat, vasallus ei seruire aut alia officia feudalia praestare non cogatur. Lehnrecht / d. c. 4. versic. wer ein Pferd / & ibi gl. in art. 24. post pr. versic. doch sollet / & text. in art. 6. Landrecht. lib. 3. Schrad. d. c. 6. num. 58. Matth. Coler. decis. 81. Schn. p. 5. num. 111. Quod secus esse de iure communi testatur Innoc. in c. sicut, extr. de iureiur. Bart. in l. si seruus, 61. §. quod vero de furt. [Et alii citati a Carpzov. dict. l. num. 5. Ludwell. pag. 297.] quia fortuiti casus ad vasallum, non ad dominum spectant, Ferrar. in form. libelli, ad reuocat. feud. verb. contra debitum, num. 9. Borch. c. 1. de feud. n. 27. Non incommode hoc loco illud quæri potest; si dominus vasallo suo in militiam secum proficiscenti indemnitate[m] promiserit, quanti eum ab hostibus captum redimere teneatur? Nos conditionem & facultates vasalli spectandas esse statuimus cum

cum gl. in d. c. 4. Lehnrecht/ in f. n. 30. ibi: hie geht nun eine Frage auff/ 2c. usque ad f. Reinh. diff. 9. p. 3. Carpz. d. l. n. 7. quamuis sint, qui iuxta dignitates atque facultates domini redemptionem fieri debere censeant.

g) Caccialup. obs. feud. 38. Valq. 1. contr. Illustr. c. 6. Wurmbf. in pr. obs. t. de feud. obs. 31.

h) Blanc. lib. 2. c. 1. num. 3. Mozz. ex quib. caus. feud. amitt. num. 109. [Kohl. de seruit. feud. p. 6. num. 6. seqq. Dissent. Ludwel. pag. 296.] Dissent. Bald. in c. vnic. quib. mod. feud. amitt. & in c. vnic. ad f. princ. de capit. qui cur. vend. 2. F. 51. Valqu. d. c. 6. num. 4. versic. quamuis feudatarius Quando vero dominum extra territorium vasallus sequi debeat, vide remissive Ifern. in d. c. vn. in quib. caus. feud. amitt. c. 5. n. 3. Iacobin. d. verb. & promiserunt, num. 3. Schrad. d. c. 6. num. 14. Rosenth. d. c. 8. conclus. 25. Guerr. Pisonem. in prelud. feud. cap. 37. num. 5.

VII.

Non tamen seruire tenetur vasallus in feudo Franco a, si dominus speciali gratia ipsi seruitia remiserit b, si pupillus sit c, aut senex annorum LXX d, si valetudine e aut paupertate impediatur f, si tutus sit præscriptione g, vel dimidium redditus feudi vnus anni præstare velit b.

a) Bald. in prelud. feud. diuis. 8. Petr. Rebuff. in arb. feud. diuis. 14. Clar. quest. 12. Io. Andreæ. in addit. ad Speculat. in d. rubr. de prescript. circa f. Aluar. in procm. feud. num. 22. Camerar. in d. c. imperialem, p. 266. Iacobut. de Franchis in prelud. feud. num. 193. & seqq. Intrigliol. q. 29. num. 1. 2. & seqq. Curt. iun. p. 5. quest. 8. n. 28. Zas. p. vlt. n. 36. Schrad. p. 2. c. 2. n. 33. Borch. c. 4. num. 32. Vult. c. 8. num. 50. quamuis ad contenta fidelitatis non minus ac cæteri vasalli obstrictus sit, Molin. ad consuet. Paris. tit. I. §. 41. num. 99. Menoch. remed. retin. poss. 3. num. 408. & cons. 61. num. 33. vol. 1. [vid supra tb. 2. lit. c. hac Disp. & ibi notata.] Quid vero si feudum, quod antea alicui concesserat in feudum Francum, dominus sibi apertum rursus alii concedat simpliciter, nullis seruitiis expressis, an a seruitiis liberum erit? Nego, nisi res illa sæpius in feudum Francum concessa fuerit, Peregrin. de iur. fisc. lib. 6. tit. 4. num. 46. [Struv. c. II. tb. 4. n. 2. & ibi citati.] cum alias res ad propriam naturam redire properet, concessione pristina per apertionem deficiente, arg. l. si vnus, 27. §. pactus ne peteret, de pact. Dissent. Afflict. in d. c. vnic. n. 53. in quib. caus. feud. amitt.

b) Petr. Rauen. in d. c. vnic. ex quib. caus. feud. amitt. Mozz. de accid. feud.

feud. num. 32. Intrigliol. d. q. 29. num. 68. Alex. cons. 30. num. 20. lib. 1. Rosent. d. c. 8. concl. 8.

c) Adeo ut ne per substitutum quidem, nisi velit, seruire cogatur, d. c. si quis decesserit, & ibi Aluar. num. 2. Laud. num. 2. Dionys. Gothofred. in not. si de feud. def. cont. Ardiz. cap. 96. pag. 77. vers. item propter minorem aetatem, & c. Blanc. lib. 2. c. 4. n. 5. Diss. Bald. in d. c. si quis decesserit, & in l. quisquis, 16. C. de episcop. & cler. Schrad. d. c. 6. n. 9. [Verior etiam est hæc sententia, nam in d. cap. si quis decesserit 2. F. 26. a fidelitate excusatur pupillus, non a seruitiis Struv. c. 11. th. 5. n. 3.] quorum tamen sententia generali consuetudine & usu curiarum recepta est, gl. in d. c. si quis decesserit, in verb. cogitur. & ibid. Ifern. Affl. num. 2. Schn. p. 5. n. 186. Ros. de concl. 8. ubi reprobatur sententiam Raynaudi, tanquam diuinatoriam, qui in d. c. imperialem, §. firmiter, num. 52. autumat pupillum de iure ad fructuum contributionem teneri, & saltem à personalibus seruitiis excusari. Si quoque seruitium tale sit, quod pupillus commode expedire possit, omnino id præstare debet, arg. l. 7. §. dabitur, de oper. libert. l. fin. §. fin. de liberal. caus. Schenck. in d. c. si quis decesserit. Blanc. d. c. 4. n. 5.

d) Affl. in d. c. si quis decesserit, n. 2. & 7. Mozz. ex quib. caus. feud. amit. n. 12. per l. maiores, 3. de iur. immun. §. item maior. Inst. de excus. tut. vel cur. l. f. C. qui et vel prof. se excus. [Obrecht. de Feud. d. c. 6. n. 4 & 5.]

e) Ita ut suis rebus superesse nequeat, l. pen. de vocat. & excus. muner. Leuis enim infirmitas non excusat, l. questum, 60. de reind. l. 1. §. pen. ad SC. Syllan. l. podagra, 3. C. qui morb. se excus. Vtrum vero valetudinariis per substitutum saltem seruire teneatur, dubitari potest? Aff. Ifern. in d. §. firmiter, num. 33. versic. de infirmo. Balzaran. ibid. num. 15. Affl. n. 8. Laud. num. 5. de prohib. feud. alien. per Frider. Diss. Iacobin. de S. Georg. d. verb. & promiserunt, num. 31. versic. oetava excusatio. Raynaud. in §. firmiter, num. 53. Schn. d. p. 5. num. 108. per l. cum heres, 4. §. Stichus si heredi, 5. de statu liber. [Quorum sententia etiam præferenda sententiæ Auctoris & idem de senectute statuendum. propt. text. 2. F. 55. §. 2.]

f) Blanc. lib. 2. c. 1. num. 30. in f. & c. 4. num. 5. eod. Zas. p. 7. num. 45. Ardizon. c. 5. cuius expensis debet seruire. & c. 69. in pr. fere. Menoch. de arbitrar. iud. quest. lib. 2. cent. 2. cas. 182. n. 8. nisi sua culpa malum sibi hoc contraxerit, Ludouic. Roman. in l. f. num. 5. qui satisf. cog. Ifern. in c. 1. §. sed nec est alia, que fu. prim. caus. benef. amit. arg. c. damnum quod quis, de R. I. in 6. l. 2. §. f. si quis caut. aut etiam seruitium eiusmodi sit, quod paupertate non obstante ab eo expediri possit, Blanc. d. loc. Rosent. d. c. 8. concl. 9.

g) Quod

g) Quod tum fieri solet, si 30. annorum spatio interpellatus nulla seruitia præstiterit, Aluar. in c. vn. §. 1. in 2. notab. si defeud. def. cont. Paris de Puteo, de redintegrat. feud. c. 65. num. 6. siquidem alias si dominus seruitiis non indiguit, nec de iis vasallum interpellauit, nunquam contra ea præscribi potest, Io. Köppen. q. 13. num. 6. Gail. 2. obs. 60. num. 4. & seq. [Ad hanc præscriptionem quæ requirantur, prolixè tradidit Perill. Baroia Mardefeld in Diss. Francof. habita de immunit. a seruitiis feudal. c. 3. §. 13. & seqq.]

h) Text. est in d. §. firmiter. de probib. feud. al. per Frider 2. F. 55. & quidem vasalli, tanquam debitoris, optioni relicta est, vtrum ipsemet seruire, an vero dimidium redditus præstare velit, Laud. in d. §. firmiter, num. 3. Bar. a Tantenberg, ibid. notab. 2. Camerar. pag. 753. versic. deinde vero. Clar. qu. 22. arg. l. plerumque, 10. §. f. de iur. dot. l. si in emptione, 34. §. pen. de contrab. empt. c. in alternatiuis, de R. I. in 6. Diss. illi, qui modo dicta tum demum procedere existimant, si Imperatori in expeditione publica seruiendum sit, Isern. in d. §. firmiter, num. 30. versic. sed si marchio, comes, & c. Afflict. ibid. num. 1. Aliter. Menoch. de arbitrar. iud. quest. cent. 3. cas. 231. num. 53. Guerr. Pifo. in prelud. feud. c. 37. num. 15. [Verior est sententia non id procedere nisi domino consentiente: si enim alius pro alio inuito conditore solui non potest. l. 2. §. 1. de reb. cred. nec poterit Dnus compelli, vt pro seruitiis fructus accipiat, cum illa non hi sint in obligatione. Kohl. de serv. feud. p. 6. n. 43.] Hodie æstimatio seruitiorum, pro varia locorum ac regionum consuetudine, & ipsa variat, Matth. Coler. de proc. execut. p. 3. c. 9. n. 132. Köppen. quest. 44. n. 12. & seqq. In Saxonia quodlibet militare seruitium, ein Pferdt Ritterdienst / 1000. florenis æstimari consuevit, ita vt feudo æstimato semper ratione vnus seruitii militaris 1000. floreni demi soleant, quasi de horum fructibus aut pensionibus annuis sequus fere ali queat, Knich. de vest. pact. p. 2. d. c. 5. inf. Jacob. Schultes. in addit. ad Coler. decis. 82. n. 5.

IIIX.

Item si dominus hæreticus *a*, bannitus *b*, excommunicatus *c*, aut simili infamia notatus sit *d*, si directum dominium amiserit *e*, si duo de domini successione contendant *f*, si vasallus feudum licite alienet, refutet *g*, vel domino oppignoret *b*, si alius sine ipsius culpa occupet & possideat *h*; aut denique si ob quamlibet aliam iustam causam excusetur *k*.

a) c. si

a) *c. fin. extr. de heret. l. 1. l. 4. & auth. credentes. C. de heret. l. nemo militet. C. de episcop. aud.* [Kohl. P. 2. n. 83. Reink. de Reg. Sec. & Eccl. II. Cl. 2. d. 2. n. 25.] Hæretico igitur nullane fides seruanda? Maximè, modo ipsi vt hæretico data fuerit, Bodin. de repub. lib. 5. c. 6. n. 598. & seq. f. 935. Dissent. Canonist. Tiber. Decian. in tract. crimin. lib. 5. c. 20. n. 55.

b) communis enim omnium hostis efficitur, & ciuilitè pro mortuo habetur, donec a banno legitime fuerit absolutus Nellus a S. Gemin. in tr. de bannit. 1. part. 2. temp. qu. 22. n. 69. Goedd. de contrab. & commit. stipul. c. 7. concl. 4. Adrian. Gilman. in syntagm. supplicat. Cam. tom. 2. p. 2. vot. 32. n. 1. & seqq. Thilman. de Benign. in apospasm. syndr. obs. pr. 93. n. 2. Casp. Guil. Scip. decis. rot. Spir. 60. in pr. lib. 1. & decis. 9. lib. 2. [conf. Gail. l. 2. de pace publ. c. 15. Carpz. Pr. cr. qu. 140]

c) *c. excommunicatos, & c. seq. 11. quest. 3. c. nos sanctorum, 15. qu. 6.* Steph. Forcat. c. 10. n. 13. Nam quod in imperio est bannum, id in terris Ecclesiæ excommunicationis fulmen, Wes. in paratit. C. de heret. nu. 6. in med. fere. [Modo sit excommunicatio maior Kohl. P. 2. n. 81.] Et utroque casu vasallus ipso iure a fidelitate solutus est, adeo vt ne quidem, si velit, domino impune succurrere possit, Iacobin. de S. Georg. verb. qui quidem inuestiti, n. 50. Guerr. Pifo. in prelud. feud. c. 35. n. 5. Baro a Tautenberg. in c. vnic. notab. 3. versic. porro ex hoc hic f. lex. cum alias eadem lue se inficere, & receptatorum poena teneretur, Gail. lib. 2. de pac. publ. c. 15. n. 2. Vnde verius esse putamus, quod a vasallo bannito vel excommunicato similiter dominus seruitia nequeat exigere, Rittershus. lib. 2. part. feudal. c. 1. q. 23. Diss. Prapof. quem sequitur Zaf. p. 7. n. 41.

d) *c. vnic. in pr. & ibi Aluar. Laud. quo temp. mil. inuest. pet. deb. 1. F. 22. Syluan. de feud. recognit. q. 69. num. 2. arg. l. 2. C. de dignitat.* Diss. Egui- nar. Baro. Cuiac. Hottom. qui in d. c. vnic. pro infamia legunt infantia. [Quæ lectio omnino præferenda cum & facilem reddat decisionem. Nam quid infamia commune habet cum obligatione feudali, qua vasallus obstritus Dno? Nemo certe propter solam infamiam proprietatem rerum suarum admittit. Add. Kohl. p. 2. n. 40.]

e) Arg. eorum, quæ tradit gl. in c. nequis verb. furens, 22. qu. 2. Abbas in c. venerabili, in ult. notab. num. 2. de elect. & in c. veritas, num. 3. de iurciur. per. l. quod si forte, 14. §. 2. l. 38. de solut. modo iure id amittat. Rem enim iniuste vel casu amissam recuperare volentem vasallus omnino iuuare debet, d. c. vnic. & ibi FF. communiter de nov. form. fidel.

f) Alteruter tamen eorum si possideat, illi vasallus seruire debet, arg. c. se.

c. si vero, cum ibi notat. de iure patronat. l. fin. C. de petit. her. l. fin. C. de R. V. Zas. p. 7. n. 7. Wurmbsfer. tit. de feud. obs. 25. Vult. c. 7. n. 77. in fin. Similiter se res habet duobus de imperio contendentibus, Afflict. in c. vn. fin. n. 66. de pac. ren. int. subd. Schrad. d. c. 6. n. 61. [Quod si neuter sit in possessione, neutri præstandum seruitium, sed expectandus euentus Srruv. d. c. 11. tb. 7. n. 5. Kohl P. 2. n. 91.]

g) Quamuis reuerentiam domino ob memoriam pristinae necessitudinis & amicitiae nunquam non exhibere debeat, neque vilo modo eum offendere, *c. vn. de vas. qui contr. const. Lothar. 2. F. 38. & arg. l. fin. de decur. Mynf. cent. 5. obs. 65. n. 10. at illicita feudi alienatio minime eum a seruitiis immunem reddit, l. final. C. de acquir. poss. de qua late Menoch. remed. 14. recuper. poss. post gl. fin. in d. c. vnic. de capit. qui cur. vend.*

h) Schrad. d. c. 6. n. 31. Rosenth. d. c. 8. concl. 5. n. 7. per c. 1. extr. de feud.

i) Nam per negligentiam eo amisso non liberatur, Curt. iun. p. 4. n. 53. Præpos. in c. si quis decesserit, n. 2. si de feud. def. cont. Laud. in c. si minori, n. 7. cod.

k) *d. c. vn. §. firmiter, verb. temere, de prohib. feud. al. Aluar. & Afflict. ibid. n. 11. cuiusmodi est, si seruitia non absque certissimo vitæ periculo præstari potuissent, vel præstita nil profuissent, Syluan. de feud. recognit. q. 85. n. 5. Sonsbec. p. 12. n. 12. vers. fallit tertio. Vult. c. 11. n. 19.*

IX.

Præterea etiam ad alia quædam vasallus domino obligatus est: puta ad renouationis inuestituræ petitionem *a*, rerum feudalium earumq; confinium demonstrationem *b*, instrumenti inuestituræ editionem *c*, & domini ab hostibus capti redemptionem *d*. Item eundem alere *e*, non vero æs alienum ab eo contractum exsoluere *f*, aut deniq; collectam ipsi præstare tenetur *g*.

a) *c. vnic. de capit. Corrad. c. vn. quo temp. mil. inuest. pet. deb. c. vn. in prin. qua fuit prim. caus. benef. amitt.*

b) Tum videlicet, quando dubium est quam rem nomine feudi vasallus a domino possideat, vel qui sint fines illius rei; aut alias domini interest, vt res feudales diligenter enumerentur & describantur, *gl. in c. vnic. §. pen. verb. nisi requisitus, de prohib. feud. al. per Frider. Zas. p. 7. n. 52. Intrigliol. q. 68. Nec distinguimus inter feuda vniuersitatis, regni, ducatus, &c. & particularia, siue rerum singularium. Æque enim in illis, ac in his, singulorum*

lorum locorum & pertinentiarum demonstrationem dominus potest exigere, Rosenth. *d.c.8. concl. 32. n. 8.* Diss. Iacobin. de S. Georg. *verb. distique vasalli promiserunt, n. 28.* Verum si vasallus ignoret res feudales vel partem earum, puta in facto antiquo, vel quod in locum alterius succedit, iuramento se purgare potest, *gloss. in l. 2. §. in exigendis, verb. iurata fide. C. quand. & quib. quart. pars deb.* Neque propterea omnia bona ejus praesumuntur esse feudalia, qui sciens res feudales eas indicare recusat, cum captis pignoribus vel aliis remediis ad confitendum cogi possit, *argum. l. certum, §. 1. de confess. Rosenth. d. concl. 32. in fin. Laud. in d. c. unic. n. 7. de vas. qui contr. const. Lathar. Diss. Blanc. lib. 4. c. 1. n. 103. Curt. iun. p. 2. q. 6. n. 40. Nic. Euerh. in loc. ab emphyt. ad feud. n. 7. Peregrin. cons. 17. n. 14. vol. 2.* Quod de vasallo diximus, idem de domino accipiendum erit, ut & ipse sciens res feudales vel fines earum vasallo ex iusta causa ignoranti eas indicare debeat, *arg. l. Titius beres, 48. de act. empt. Borch. de feud. c. 8. n. 18. Ifern. in d. c. un. §. pen. n. 64.* ubi tamen hoc vasallo minus consultum fore subiicit, cum dominus, si aliunde non constet, vel modicum terrae monstrando liberari possit.

c) Quod in eiusmodi instrumento super re communi confecto utriusque interesse versetur, Hartm. Pist. *qu. 46. n. 2. & seqq. Peregrin. cons. 17. n. 3. vol. 2.* Diss. Bart. *in l. unic. n. 2. C. de conduct. fund. fiscal. Ias. in l. 2. n. 176. C. de iur. emphyt. & in pralud. feud. n. 51.* quibus videtur citatio, qua quis ad eiusmodi editionem vocatur, ipso iure nulla. Conciliare tamen hoc conatur Bald. *in l. 2. n. 7. C. quom. & quand. iud.* dum hoc accipi vult eo de casu, si quis plane se vasallum esse neget. Vtrum vero ad hanc editionem etiam cogi poterit is, qui longissimo tempore vel ab antiquo feudum possedit? Aff. Rosenth. *conclus. 33. n. 18. & seq.* modo eum in finem non fiat, ut dominum per illam ius suum in feudo docere debeat. Diss. Pontan. *in consuet. Blesens. artic. 61. versic. exhibere. Schrad. d. c. 6. n. 112.*

d) *c. unic. §. item si delator, quae fu. prim. caus. benef. amitt.* Ferrat Montan. *lib. 4. c. 1. caus. 16. Oldend. class. 5. de act. benef. art. 15.* [Si scilicet ex bonis captivi Domini λύτρον non possit commode redigi Kohl. *de serv. feud. p. 4. n. 42. seqq.* Quam tamen sententiam ita explicat Struv. *c. II. th. 5. n. 14.* ut contributio illa sit loco servitiorum.] Iuste vero carceratum redimere non tenetur, Clar. *§. feudum, quest. 24. n. 2. Vasq. lib. 1. contr. illustr. c. 6. n. 6. vers. 19. Kirchoy. in comm. opin. lit. V. concl. 98. n. 3. cent. 5.* [Hanc distinctionem inter iuste & iniuste carceratum, non admittendam esse, rectius statuit Ludwel. *p. 300.*]

e) Non

e) Non quidem de suo patrimonio, sed pro quantitate feudi usque ad dimidiam partem fructuum ac reddituum annuorum. Idque æquius & benignius esse putant Laud. *in d. c. vnic. §. si facta, n. 10. si de feud. def. cont.* Cacialup. *de feud. cognit. c. 1. p. 6. n. 19.* Surd. *de alim. tit. 1. quest. 55. n. 11. & seq.* Bocer. *disput. 16. class. 4. th. 35.* Cum enim vitam & incolumitatem domini vasallus tueri debeat, quæ sine alimentis consistere nequit, *l. 4. de agnosc. & al. liber.* ytique non ineptea donatario & liberto ad vasallum hic argumentari poterimus, Nic. Euerhard. *in loc. a liber. ad vas. n. 14. arg. l. 5. §. solent, 18. l. 6. l. ult. ff. d. tit. 1. 1. vbi gl. & DD. C. de oper. libert.* Schrad. *p. 9. c. 8. n. 12. & seq.* Rittershus. *2. F. 1. q. 40.* [Struv. *d. th. 5. n. 15. Ludw. p. 299.*] Diss. Sonsb. *p. 11. n. 46.* Wes. *c. 9. n. 17.* Eman. Soaretz. *in thesaur. recept. sent. lit. F. n. 75.* Hart. Hartm. *tit. de feud. obs. 33. n. 4.* qui tamen & ipsi suam sententiam limitant, si culpa & facto vasalli dominus ad egestatem redactus sit, vel etiam omnia bona in feudum dederit.

f) Adeo ut etiam tum, quando dominus ad certum diem sub iuramento solvere promisit, vasallus pro eo satisfacere non teneatur, *d. c. vnic. §. licet vasallus, si de feud. def. cont.* Curt. *iun. p. 4. n. 9.* Io. Köppen. *quest. 60. n. 9.* Matth. Coler. *de process. execut. p. 2. c. 3. n. 342. inf.* Rol. a Valle *conf. 5. n. 13. vol. 3.* Quod secus se habet, si æs alienum fortasse ex facto & culpa, vel in commodum vasalli esset contractum.

g) Laud. *in d. c. vnic. §. similiter, num. 2. de capit. Corrad. Vasq. lib. 1. controv. ill. c. 7. n. 3.* Thomat. *de collect. §. ne scienter, n. 2. pag. 345.* Diss. Speculat. *in d. §. quoniam, n. 67.* Iacob. de Aiello *de iure adoa, n. 7. & seqq.* Alex. *in l. placet, C. de excus. muner.* qui dominum vasallos libere collectare posse autumant, præsertim peregrinationis transmarinæ, filiæ maritandæ, inaugurationis & quæsitæ equestris dignitatis ergo. Certe filiam elocanti, pro dote constituenda, ius collectandi competere plures asserunt, Iacobin. *de S. Georg. verb. qui quidem inuestiti præstiterunt, n. 78.* Zas. *p. 7. de feud. n. 50. & seq.* Mozz. *de natur. feud. n. 61.* quod etiam ad spuriam nonnulli extendunt, cum dos in locum alimentorum succedat, Laud. *sibi contrarius, in c. 1. n. 6. an. apud iud. vel cur. 2. F. 46.* Præposit. *in d. §. similiter, n. 2. de capit. Corrad. Schrad. d. c. 6. n. 102.* Verum negatiua sententia verior videtur, nisi consuetudine, conuentione, aut præscriptione aliud obtinuerit, Clar. *d. §. feudum, qu. 29. in fin.* Heig. *p. 1. q. 18. n. 13.* Rosenth. *c. 5. concl. 78. n. 2.* [Ludwel. *p. 299.* Hanc autem collectam fere vniuersali consuetudine receptam esse, etiamsi Pater congruam dotem constituere possit, testatur Mund. *tr. de Mynner. c. 3. n. 31.* Conf. Mynf. *Cent. 5. obs. 21.* Fritsch. *tr. von der Fräuleinsteuer.*]

Grauari tamen possunt vasalli collectis illis, quas extrema exigit necessitas, [Carpz. l. 4. resp. 71. 'Extra necessitatem non possunt collectari vasalli, cum fructuum nomine iam seuitia praestent. Mev. P. 4. Dec. 33. Carpz. p. 3. C. 28. D. 19. Struv. d. th. s. n. 16.] cuiusmodi sunt, quae propter bellum Turcicum imponuntur (quae pro more laudabiliter recepto, & capitulatione Electorum confirmato ab Imperatore, non ex plenitudine potestatis, sed praecedente deliberato consilio, & communi consensu omnium Statuum impetrari magis solent quam indici, sanctione demum quomodo inferendae soluendaeque sint subsequente, Adrian. Gilman. d. tom. 2. p. 2. not. 28. n. 20.) a quibus ne privilegiati quidem immunes esse debent. Vnde plerumque Imperator Statibus potestatem concedit collectandi in subsidium vasallos & subditos indifferenter omnes, siue clerici sint, siue laici, siue exempti sint, siue non sint, omnibus eorum suspensis privilegiis, Reichsabschied de anno 1544. §. und insonderheit / de anno 66. §. und sollen die Unterthanen / & in aliis passim, praesertim vero de anno. 94. §. Nach dem nun die vorgesezte freywillige Hülffleistung / etc. Anton. Tessaur. decis. Pedemontan. 234. n. 10. Arod. rer. iud. lib. 10. tit. 14. c. 1. Hart. Hartm. tit. 52. obs. 6. Eleganter Petr. Heig. d. q. 18. a n. 21. usque ad f. Thilman. de Benign. in apopsasm. prodrom. decadi 4. vot. 1. n. 36. Et ita consulendo respondit facultas Iuridica Lipsiensis conf. 37. n. 37. & seqq. vol. 1. var. conf. Germ. Diss. Myns. cent. 2. decad. 15. resp. 1. Imo, si quis duplici fruatur feudo, imperiali & prouinciali, ratione vnus & eiusdem collectae geminatum onus sustinebit, hoc tamen adhibito temperamento, vt ratione feudi imperialis, secundum matriculam imperii, nach des Reichs Anschlag collectam soluat, ratione vero prouincialis secundum visitatum & receptum morem, Reichsabschied / An. 1548. §. Nachdem auch in der Ringerungshandlung / & s. Ober der Graffen von Tübingen / etc. Gail. de arrest. Imp. c. 6. n. 16. inf. Knich. de priuil. Duc. Sax. c. 6. num. 21.

X.

Atque haec de obligatione feudi ex parte vasalli: Ex parte domini vero in eo potissimum consistit, vt is vasallo suo mutuam vicem reddat, eum praestita fidelitate in vacuum possessionem inducat *a*, & ob moram omnem vtilitatem & interesse praestet *b*: item praestet euictionem *c*, siue sciens *d* siue ignorans eum de re aliena inuestierit.

a) Quam si alius licet posterius inuestitus iam nactus sit, interesse praestando

stando dominus liberatur, *gl. in d. c. unic. §. si facta, si de feud. def. cont.* cum merito præferatur is, cui per traditionem ius reale in feudo quæsitum est, illi, qui sola verbali inuestitura nititur, *arg. l. quoties, 15. C. de R. V. Wel. c. 8. de feud. n. 16. Sonsb. p. 9. n. 33. Myns. cent. 4. obs. 61. n. 15.* Idque tum etiam verum esse arbitramur, si feudum a Principe concessum fuerit; quod & illud ad contractus naturam, quam priuilegii, propius accedat, nec Princeps iuris communis regulas spernere præsumatur, *Hartman. Pist. q. 29. n. 22. & seq. p. 2. Diss. plurimi, quos idem ibid. refert. n. 20.* qui statuunt dominium etiam absque traditione a principe hoc casu translatum censerit. Sed in Ecclesiasticis personis quid obtineat magis controuerti solet? Et sane prius inuestitum omnino præferri debere, vt maxime alter in possessione eum præuenerit, docent *Hofst. Ioan. Andr. inc. continebatur, de his que f. a mai. part. capit. per c. tibi qui. c. duobus, de rescript. in 6. c. quod autem, de iur. patron. Clem. cum illufo, de renunciat.* Contrarium tamen communius & verius videtur, *Couar. lib. 2. var. resol. c. 19. n. 2.* Quo referatur & illa quæstio, vtum iuxta formam iuris Saxonici simultanee inuestitus potior habendus sit eo, qui deinde abusiua inuestitura accepta, post obitum vasalli prius feudum possessionem occupauit? *Affirm. tuetur & pluribus rationibus confirmat Hart. Pist. d. q. 29. an. 35. vsque ad f. vbi simul in præcedd. plures prædictæ regulæ limitationes tradit, vt & Rosenth. c. 6. conclus. 10. 11. & 12.* Denique non est, quod vasallus semper introductionem domini expectet, sed propria auctoritate possessionem rei vacantem apprehendere poterit, ita vt vna parte apprehensa, totius feudi possessionem apprehendisse censeatur, sub illa, veluti toto, reliqua, vt membra siue partes totius, contineantur, *arg. l. 3. de acquir. vel amitt. poss. Myns. obs. 39. cent. 3. Gail. lib. 2. obs. 129. r. 2. & 7. Rosenth. c. 6. conclus. 14. per tot.*

b) *d. §. f. de nov. form. fidel. Zas. p. 16. n. 12. Schn. p. 5. n. 129.*

c) *c. unic. in pr. de inuest. de re al. fact. 2. F. 8. c. unic. si de feud. vas. ab al. interp. 2. F. 25.* Quod etiam tum procedit, si nulla traditionem præcesserit promissio. *Diss. Ifern. in d. c. unic. n. 2. de lege Corrad. Blanc. lib. 1. cap. 3. vers. vel posset distingui.* qui, cum feudum concedens proxime ad donatorem accedat, illius instar ab euictionis præstatione eum immunem putant, *arg. l. 2. C. de euict. l. 62. de adilit. edict.* Quid si res particularis euicta sit, an & tum dominus tenebitur? Ita existimo, *arg. l. que de tota, 76. de R. V. & cap. unic. vbi Aluar. n. 10. vers. quero quid solum, & c. de vas. qui contr. const. Loth. benef. al. 2. F. 38. Dissent. Affl. in c. 1. n. 6. de inuest. de re al. fact. & c. 1.*

in pr. n. 1. si vas. de feud. ab al. interp. quem ibid. sequitur Balzaran. n. 18. *versic. restringitur tamen.* Consequitur autem vasallus, de euictione agens, feudum æquiuale, vel pretium in aliud feudum conuertendum, *text. in c. vnic. & ibi gl. verb. in feudum dandos, si de feud. vas. ab al. interp.* Curt. Iun. p. 2. q. 2. n. 36. Wes. c. 7. n. 7. & c. 9. n. 17. Intrigliol. *quest. 38. n. 34.* [Struv. c. 6. th. 9. n. 2. 3. 4. vide supra *Disp. 3. th. 9. lib. 6. p. 100.*] item omne interesse & meliorationes factas, non autem duplum, quod quandoque ex iure communi prestari solet, *l. vindicantem, 17. l. cum fundus, 48. l. si dictum, 56. §. 2. de euict.* Et non vasallus tantum, sed & subuasallus, de euictione agere potest aduersus dominum suum immediatum, vel etiam mediatum, si alter ius suum contra superiorem ei cesserit, Aluar. Præpos. Afflict. & alii *in d. cap. vnic. de inuest. de re al. fact. arg. l. si res, 59. de euict.* Tum demum vero vasallus victoriam sibi pollicebitur, si litem motam domino nunciens, eum, ut se defenderet, requisierit, *d. c. vnic. si de feud. vas. ab aliq. interp. & arg. l. si rem, 29. l. si ideo, 53. inf. de euict. l. 2. C. de in lit. dand. tut.* [Struv. d. l. n. 5.] nisi pacto denunciandi necessitas remissa fuerit, *l. Herennius Modestinus, 63. ff. d. tit. Diss. Dyn. in c. cum qui de R. I. in 6. & alii,* qui sufficere putant ut dominus a tertio vel aliunde sciat litem motam esse, nec præcise denunciationem vasalli requiri,

d) *d. c. vn. de inuest. de re al. fact.* Hartm. Pist. d. q. 29. n. 5. Schrad. p. 5. c. 6. n. 5. Si vero vasallus sciens rem alienam in feudum acceperit, neque expresse de euictione sibi prospexerit, dominus eam præstare non tenetur, *Wes. d. c. 7. & cons. 64. n. 11. Sonsb. p. 10. n. 4. Zas. p. 6. n. 18.* [Struv. d. l. n. 6.] Tutus item est ab euictionis periculo dominus, si rem in feudum concesserit cum clausula, *saluo iure aliorum, wir verleyhen ihm das Gut / so viel wir daran durch Recht zu verleyhen haben / Borch. c. 9. n. 16. inf. Schn. p. 4. n. 38. Diss. Zas. Molin. ad consuet. Paris. tit. 1. §. 10. in verb. blasmer, n. 27.* qui parum efficacix clausulæ huic tribuunt. Alios casus, quibus dominus ab euictione præstanda releuetur, vide apud Rosenth. d. c. 8. *concl. 30. & 31.* Tandem hæc & illud notandum; quod vasallus conuentus, nominando autorem suum, iudicium ipse euitare nequit, *Mynf. cent. 2. obs. 58. in pr. Wurmbf. in prin. obs. t. 32. de euict. obs. 1. n. 8.*



Halle, Diss., 1698 J.S. Stryk



f

sb.

WDA







2. s. 1694 138 7
ANTONII, IC.
EVDALIS VII.

ATION.
VDALI,

m
ex Iure Publico,
Illustris Dn. de RHEZ
FRIDERICIANA,
I D E

ESTRYKIO
e Publ. Ordinario,

R. MDCXCIIIX
i publicæ submittit
GVSTVS REDEL
Magd.

DEBURGICAE,
REÆ ZEITLERI, AC. TYP.